ridat de Portant vezes de Guovernador e Justicia del dito reyno, e como la spedicion de tales actos a ellos non pertanyecian: que aquesto notoriament se puede veyer por muytas et diversas letras convocatorias, las quales son emanades per part de los Dyputados en muytos actos per ellos celebrados en la vida de los gloriosos reys don Johan, el rey don Martin, de loable memoria, e en tiempo de los predescessores de aquellos: e maguera algunos deseosos de infringir et trabaucar aquesta santa et presta cogitacion se sforcen a sembrar en las orellas del pueblo inocent que acto de Cort e ordinacion foridica del reyno abdica e cura a los diputados de aquell todo poder de convocar, veya la reverencia de vosotros si de tres anyos aqua en los quales vivint el senyor rey don Martin de buena memoria han seydo feytas dos convocaciones de Parlament por los ditos Deputados sin alguna contradiccion de que han sortido solempnes actos juridicos et foridicos como son firmas de dreyto, requisiciones et protestaciones de todo el dito regno et otras solempnitades se han celebrado negants Cortes generales ne particulares en el dito reyno que tal poder hayan abdicado ne tirado a los ditos diputados: porquel present Parlament et presidents en aquell, vidientes et considerantes que vosotros e vuestros predecessores todos tiempos fuestes conservadores de la cosa publica libertades, fueros, usos et costumbres de aquella: considerantes encara que assi como vosotros desiyades que las libertades e franquezas a vos et a la cosa publica del Principado de Cathalunya atorgades se han conservades illesas e en alguna part no infringidas que assi mesmo fuessedes conservadores, mantenidores et deffendadores de las libertades, fueros, usos et costumbres de aqueste regno e de la cosa publica de aquell, maiorment considerando la grant fraternitat et indivisible colligança et amistat, la qual y es entre nosotros et vosotros: haviamus enviado a dizir a las vuestras reverencias e grandas noblezas per nuestros ambaxadores que fos a vosotros acceptable de no haver per Parlamente de Aragon los qui son en la villa Dalcanyic, como ellos no sian ne puedan representar Parlament. Perque lo present Parlament, veyendo e considerando que tal e tanto e tan evident prejudicio pasar con dissimulacion seria grant e irreparable lesion antes seria total perdicion e destruccion de la cosa publica del dito regno Daragon et destruccion de usos, fueros, franquezas e libertades de aquell, con solempne et autentica requisicion e protestacion han protestado contra aquellos qui son plegados en la dita villa Dalcanyiç et contra aquellos que se dizian seyer e representar Parlament en la dita vila, el tenor del qual y es aqueste:

Si alto ingenio ac mente provida considerent in providentia convenienti, novitates et scandala que a tempore Parlamenti ultimo loco

celebrati in civitate Calathaiubi fuerunt in hoc regno Aragonis insecuta et crudelis alteratio status paciffici ejusdem qui ab eo tempore intra fuit tribulatus et notorie conversus et transportatus in guerram bandositatis invasiones, depredationes locorum, occupationes, vastationes, homicidia, captivationes et quid plura loquendum in crudelitates rigorosas exequtiones ac innocentium diras sub aquis immersiones contra Forum et libertates regni ejusdem: ulterius si cum acie mentis avertatur ad grossam et feram multitudinem gentium armorum extranee ac proprie nationis que sunt et discurrunt per plana ejusdem regni et signanter in partibus circumvicinis ville Alcanicii, que gentes fuerunt armorum ac [quarum] bandositatum: alie prossequntur extremo odio magnam partem majorum nobilium et potentium hujus regni, alie eos habuerint pro inimicis capitalibus: si etiam attendatur quod illi qui talem et similem congregationem fecerunt et facere voluerunt et in eadem desiderantur presidere debent esse persone idonee, paciffice et quiete et non prossequentes convocatorium, et nihilominus villa seu locus ubi tale tantum et tam solempne arduum ac potentissimum negotium, sicuti est successionis regnorum et terrarum Corone Aragonum et etiam preparatorium ejusdem, ubi debet tractari, discuti [et] examinari debent esse libera seu liber a gentibus armorum et omni congregatione earundem ut tanden libere paciffice secure et quiete et absque aliquo timore violentia seu supressione dictum negotium possit tractari discuti et examinari principari mediari et finiri, lune clarius ac sole limpidius nothorie et maniffeste potest videri quod dicta villa Alcaynici non est tuta nec secura, immo evidentissime suspecta ex causis predictis et alias. Nec etiam honorabilis Egidius Roderici de Liori assertus Vicegerens gubernationis in dicto regno Aragonum et Johannes Eximini Cerdan Justitia ejusdem regni qui ad dictam villam Alcanyicii novam fecerunt convocationem et in eadem intuuntur presidere, sunt persone idonee comunes ac omni exceptione comuni majores, immo evidenter suspecte et tales a quibus non posset in hoc negotio verum libramen justitie reputari. Et ulterius per juris doctrinam ac facti evidentiam potest videri quod dicta convocatio noviter per eos fieri attemptata ad dictam villam Alcanicii peccat evidenter in materia et in forma. In materia ideo quia in dicta convocatione, si ita dici mereatur quod absit, non intervenerint deputati dicti regni quibus administratio et gubernaculum ejusdem ac totius reipublice fuit comissa et per consequens ad ipsos solos dipputatos pertinet convocare et non ad eos qui dictam fecerunt convocationem et in eadem volunt presidere: nam posito quod ad eos aut ad alterum pertineat aliqua jurisdictio, non tamen ad ipsos, sed ad ipsos Dipputatos per-

tinent administratio et provisio dicte pro convocatione cum non possit esse major salus reipublice quam unum verum regem et dominum ibi preesse: et ideo talis investigatio seu veri regis et principis una cum suis incidentibus, deppentibus ac emergentibus ex eisdem pertinent ad dictos prenominatos et non ad eos. Et posito pro vero quod in Parlamento celebrato ultimo loco in dicta civitate Calatayubii fuisset dellibérata dicta convocatio, illa tamen fuit facta et concordata sub certis modis et formis, et in eis fuerunt servata modo rupta facta, prout in serie cappitulorum inde concordatorum taliter est videre: item vero fuit concordatum ibi ad certum tempus et illud est jamque effluxum. Item posito sed non concesso, quod dicta convocatio delliberata duraret, propter ea tamen que postea emerserunt et nominanter que subsequenter fuerunt, debebat [et] nunc etiam debet per dictos Dipputatos noviter delliberari et provideri ac taliter fieri quod impedimenta ac inconvenientia supradicta totaliter de medio tollantur et predisponi et ordinari in loco congruo et idoneo de modo nove convocationis fiende [ut] tandem cum pacis tranquillitate ad notitiam veri regis valeat perveniri. Peccat in forma: quia dicti Deputati debebant per se aut per eorum dominationem seu requisitionem dictam facere convocationem, et cum ipsi dictam non fecerunt convocationem nec fieri fecerunt sicut seriose patet per patentes ac convocatorias literas per dictos assertum viscesgerentem Gubernatoris et Justitiam hinc inde missas merito sequitur, quod dicta et facta per eos convocatio non valuit neque tenuit nec aliquen de jure sortita fuit effectum: nam secundum juris paginam, si alicui, maxime ad homine causato, additur certus modus et forma, si illa non servantur, omnia eorum nec que in contrarium fecerunt absque mora. Pro tanto, ego Enecus de Casp scutiffer habitador ville de Casp procurator substitutus ab Anthonio de Turribus utriusque juris doctore qui plenum habet posse substituendi a reverendo in Christo patre ffratre Petro Rodericy de Moros Castellano Emposte ac dipputato dicti regni, a nobili Anthonio de Luna ejusdem regni dipputato, a nobili Artaldo Dalagon majore dierum ejusdem dipputato subrogato in locum nobilis Ferdinandi Lupi de Luna quondam, a nobilibus Guillelmo Raymundi de Munchada domino locorum de Mequinença et de Vallabar, Francisco Dalagon minore dierum et Petro Dalagon, Johanne Lupi, Artaldo Dalagon minore dierum, a militibus Johanne Eximini de Salanova, Fraderico Dorries, Garcia de Sesse minore dierum, et Petro de Pomara, scutifferis Fertuna Didaci Destorren, Sancio Dantillo, Francisco Dorries, Geraldo Petri de Gallur, Ferrario de Santo, Petro Sancio, Petro de Ayerbe, Johanne Eximini de Vilalba et Johanne Dordas: considerans, quod dicti mei principales ne-

que ego possemus tute nec secure ad dictam villam Alcanyicii accedere absque timore mortis et cruciatu corporis propter predictas inhumanitates ac rigorosas exequtiones que per presidentes in eodem fuerunt et propter notoriam et evidentem non securitatem dicte ville Alcanicii nec presidentium in eadem ex causis et rationibus superius enarratis eoram vobis honorabilibus Justitiis, Juratis et Probis hominibus ville ac loci de Maella et de Favara tamquam publicis et autenticis personis ad hoc specialiter convocatis in hiis scriptis, nomine et virtute dicti mei principalis ac principalium suorum et meorum superius nominatorum, una cum adherentibus ac imposterum quomodocumque eis adherere volentibus dicte nominate convocationi si tali et tanto nomine deceat nuncupari, quod tamen absit, non assentio immo expresse illi disentio et nominatim et expresse contradico et illam juxta vestri impugno: notifficans vobis quod dictus meus principalis et ejus principales per me eorundem organum eidem convocationi non assentio immo exprese disentio et eidem contradico et toto conamine eam impugno caussis et rationibus superius dictis, et signanter propter periculum perorrocentiam et non securitatem dicti loci seu ville Alcanicii prout omnia hec jamdicta fuerant et toti mundo notoria existerent: et etiam considerato quod dicta villa Alcanicii est sub imperio et dominatione filii unius ex competitoribus dictorum regnorum et terrarum Corone regni Aragonis. Signifficans etiam vobis ut autenticis personis, quod principales superius nominati ad dictam villam non accederent nec tute nec secure accedere possent ex causis jamdictis et specifficatis, protestando ac expresse nominibus quibus supra de nullitate ac invalidatione actitatorum ac de quibuscumque actibus in dicta asserta convocatione Alcanicii factis sive gestis et de aliis quibuscumque in predictis et circa ea de cetero fiendis seu gerendis; immo dicti mei principales et ego eorum nomine vos requiro quatenus presidentibus in dicto vocato Parlamento ville Alcanicii dignemini intimare predictam assertam convocationem per eos factam et literas predicta actione emanatas prout de facto processerunt, quatenus de facto revocent cum hoc ratio juris exposcat nam dicti Depputati superius nominati se vel eorum procuratores sunt presti et parati et ego substitutus procurator eorum vice et nomine hoc offero in hiis scriptis de providendo ratione dictorum causarum et novitatum una cum aliis condiputatis hujus regni, ita videlieet; quod omnia mora postposita fiat convocatio in aliquo loco idoneo [ut] tuto ubi regnicole hujus regni possint sub tranquilla pacis securitate venire secure residere ac absque aliquali metu seu impressione residentiam facere personalem ut tandem ibidem demum tale et tantum negotium possit mature digeri ac debitum

suum sortiri. Et etiam dicti alii superius nominati qui non sunt in numero dictorum Deputatorum pro se et eorum adherentibus ac in futurum adherere volentibus sunt presti et parati ac hoc eorum nomine ego procurator predictus offero assentire esse et realiter venire ad dictum locum seu villam secure et idonee eligendum seu eligendam pro tractando, comunicando, concordando et alias debite procedendo una cum aliis regnicolis super facto dicte successionis: signifficans etiam vobis quod si predicta omnia et singula facere et complire recusant et attemtabitur ad debitum ac primevum statum non reducunt, dicti Depputati superius nominati delliberabunt super convocatione noviter fienda in aliquo loco tuto et securo seu villa tuta et secura et alias in hiis providendo prout erit utile et expediens ac fuerit bene visum pro utilitate ac conservatione reipublice et expeditione dicti ardui et felicis negotii juxta eorum posibilitatem laborando. Et nichilominus, ego procurator predictus, nomine et vice dictorum meorum principalium, vos requiro tamquam nobiles predictas publicas et autentiquas personas de quarum fide et legalitate dicti mei principales conffidunt et etiam ego confido quatenus omnia et singula superius enarrata protestata et requisita dignemini intimare dicto Parlamento, quod nunch de facto celebratur in dicta villa Alcanicii et assertis presidentibus in eadem cum ex causis predictis dicti principales mei nec ego simus ausi ibi accedere nec omnia supradicta eis personaliter intimare et ita per vos fieri in subsidium justitie postulo et requiro, offerens me vice et nomine principalium meorum similia facere pro vobis cum locus fuerit et necessitas postulaverit.

Et no resmenos el present Parlament et presidentes aquell considerantes que por la resposta por las vuestras reverencias et notables saviesas a ellos feyta no fuesse feyto prejudicio ni danyo alguno contra las franquezas, usos, privilegios et antiquas costumbres del dito regno e cosa publica de aquell, en aqueste scripto protestan contra la sobredita requesta non consintiendo en aquellas antes como seya vista seyer feyta contra libertades et antiguas costumbres del dito regno aquella impugnan e en tanto quanto pueden a aquella resisten, rogando e requirendovos a superhabundant cautela que a los ditos aplegados en la dita vila Dalcanyiç no hoyades per Parlament ni com ellos tractedes ni fagades algunos actos assi como a Parlamento antes vos placia sobrel feyto de la dita benaventurada succession de los ditos regnos et terras et preparatorios de aquella tractar e comunicar com ell present Parlament de la dita vila de Mequinença, el qual y es verdadero Parlament Daragon: en otra manera si el contrario per vosotros sera feito, la qual cosa el

present Parlament no creye, protesta que per algunos actos per vosotros con aquellos qui son en la dita vila Dalcanyici feytos e daqui adelante febedores, no seya feyto alguno prejudicio al dyto regno Daragon ni a als libertades daquell, antes seya todo casso vano e nullo. E la present requisicion e protestacion requiere el present Parlament seyer ensertada en vuestros actos publicos del dito vuestro Parlament, de la presentacion de la qual el dito Parlament de Aragon staran a relacion del portador de la presente, el qual a jurado en poder de los Dipputados de fazer verdadera relacion. Dada en la villa de Mequinença a III de dehembre anno a nativitate domini millessimo quadringentessimo undecimo; la qual y es seyallada com el siello del dito Castellan Demposta per absencia de Bartholomeu Vicent notario de los Deputados en poder del qual y es el siello de la dita diputacion.

Quaquidem littera in dicto Parlamento lecta et publicata, dictum Parlamentum super responsione fienda retinuit sibi deliberationem comitens responsionem ordinandam honorabilibus doctoribus et jurisperitis dicti Parlamenti.

Postea statim fuit lecta quedam littera honorabilium Juratorum civitatis Valencie continens in effectu: quod propter preiudicia tedia et gravamina que cotidie inferuntur per nobilem Bernardum de Sintillis civitati Valencie et eius habitatoribus infringendo et violando libertates dicta civitatis, Consilium dicte civitatis pro reintegratione dampnificatorum delliberaverant cum exercitu extrahere vexillum ipsius civitatis contra dictum nobilem Bernardum de Sentelles et villam de Nulles, sed quod propter disposicionem tribulati temporis in quo sumus constituti supersederent donech sciatur si dictus nobilis reintegrabit dampnificatos dicte civitatis, quod actenus facere non curavit, verum dicta civita est acordio quod secundum ipse nobilis se habebit cum dicta civitate et eius habitatoribus ita procedet in agendis laudando huiusmodi Parlamenti consilium quod super hac materia litteratorie scripserat dictis honorabilibus Juratis: et demum ortabantur dicti Jurati Parlamentum presens de expeditione justicie regie inferentes quod promptius fieret et viderit si daretur locus ingressui Parlamenti regni Valencie ad hanc Dertuse civitatem et quod in deffensione regnorum et terrarum dicte Corone regie intendatur et liberius et absque impresionibus valeamus omnes ad noticiam veri regis et principis nostri.

Et confestim fuit lecta in dicto Parlamento quedam alia littera eidem Parlamento missa per Bartolomeum Miralles locumtenens Gubernatoris citra rivum Uxonis continens in effectu: quod ipse tamquam exercens suum officium datum sibi per illustrissimum dominum regem Marti-

num gloriose memorie fecit actus bonos et legittimos et non seminat discordias nec facit injusticias ut datum fuit intelligi minus veridice isti Parlamento. Est tamen verum quod processit et procedit debiter enantamentis contra villas, Universitates et singulares ville Castilionis et ville Regalis sibi rebellium excusando se in dicta littera ab omnibus pro quo [quomodo] sibi impositis vel vaccatis.

Ulterius honorabilis Johannes de Ribesaltes alter ex Promotoribus dicti Parlamenti fecit mentionem promovendo quod cum promotores, jurisperiti, notarii et utique portarii dicti Parlamenti in eiusdem negociis plurimum vaccaverint et diversemode laboraverint ut est omnibus de dicto Parlamento notorium et manifestum, cumque sit decens rationale et justum quod iuxta eorum labores gaudeant premio condecenti et ob hac dictum Parlamentum eisdem faceret seu fieri facere remunerationem qualem decet.

Et his permotis per dictum honorabilem Johannem de Ribesaltes, comisit mox dictum Parlamentum dictis viginti quatuor personis superius in pluribus negociis dicti Parlamenti assignatis, ita quod viginti quatuor persone videant et recognoscant iuxta labores predictorum quatenus qualis remuneracio per dictum Parlamentum dictis honorabilibus promotoribus, jurisperitis, notariis et portariis dicti Parlamenti rationabiliter fienda existat vel ubi dicte viginti iii persone circa hec ocupationem negociorum vaccare non possent, comiterent predicta certis personis nomine vice et autoritate Parlamenti: et demum quicquid per dictas viginti quatuor personas seu alias eligendas ab eis fuerit bene visum recognitum vel appuntatum super predictis referant Parlamento ut decentius provideatur.

Quibus peractis, dictum Purlamentum fuit continuatum et prorogatum per se ad diem mercurii proximam de mane in eodem loco.

Ceterum die mercurii nona mensis decembris anno predicto convocato et congregato Parlamento in domo dicti capituli Sedis Dertuse fuerunt presentes qui sequuntur.

Pro condicione ecclesiastica.

Reverendissimus dominus Petrus Archiepiscopus Terracone.

Galcerandus Episcopus Urgellensis. . . .
Frater Jacobus Sancti Cucuphatis. . . . .
Frater Marchus Sancte Marie de Monteserrato . . . . . .
Frater Jacobus Sancte Marie Populeti. . } Monasteriorum Abbates.

Vincentius Agerensis..	Nominibus quibus supra.
Petrus de Boscho.	
Michael Falco.	
Berengarius Serrati..	
Raymundus Ferrarii.	
Michael Bonfill	
Berengarius de Muntrava.	

Pro condicione militari.

Petrus de Fonolleto	Nobiles.
Guillelmus Raymundi de Montechateno.	
Poncius de Perilionibus.	
Berengarius Arnaldi de Cervilione. . . .	
Franciscus Derill.	
Acardus de Muro.	
Petrus de Cervilione.	
Bernardus Johannes de Cervilione. . . .	

Petrus Splugues.	Nominibus prelactis.
Johannes Miralles..	

Ludovicus de Requesen.	Milites.
Bartolomeus Aranyo.	
Dalmacius Çacirera..	
Matheus Cardona.	
Galcerandus de Rosanis.	

Azbertus Çatrilla.	Domicelli.
Johannes Petrus Fahena.	
Michael de Besora..	
Dalmacius de Sancto Martino.	
Berengarius de Copons	
Johannes de Castro Episcopali..	
Marchus de Avinione.	

Pro condicione regali sindici.

Johannes de Plano.	Barchinone.
Bernardus de Gualbis.	

Raymundus Fivallerii.	Barchinone.
Bonanatus Petri.	
Petrus Grimau.	Perpiniani.
Gundisalvus Garidelli.	Dertuse.
Gilabertus de Podio..	

Quibus omnibus in dicto Parlamento residentibus ut est moris affuerunt honorabiles Berengarius de Tagamanent, Arnaldus de Muro decretorum doctor et Bernardus Alberti nuncii regni Maioricarum [et] presentarunt in dicto Parlamento [et] legi pecierunt quandam scripturam contentam seu scriptam in quodam folio papiri, tenoris sequentis.

Jhesus

Com los honorables Jurats et Consell general del regne de Mallorques representants lo General de tots los stats de aquell molt reverends, egregis, nobles e honorables Parlaments dels regnes Daragon, de Valencia e del Principat de Cathalunya tinguessen per cert e notori, axi com es, que la universitat et comuna congregacio concordable o gran o pocha dels dits regne e Principat, ab lo regne de Mallorques ensemps, axi com a quatre parts intellectuals unides e inseparadament et fahents quatre torres forts et inexpugnables et la força invisible de la majestat e Corona reyal, pertangues axi com vertaderament fa, e no alcun o alcuns dells separablement a hun o dos o tres, sens lo quart, la examinacio, conexença, discussio e declaracio de la justicia a qui pertany la tan alta Corona, senyoria e successio reyal e qui deu esser nostre vertader Rey e senyor, e semblament tots los altres actes, vies e disposicion dretes et patents portants al dit tan necessari et desigat terme, e la dita universitat haverse constituir de las dites quatre parts intellectuals e en la qual alguna daquelles no ha mes ni menys potestat essencial que laltre, ni discussio, examinacio o arreglament de la altre; car no mes pertany al Principat de Cathalunya fer en la dita universitat axi com a quarta part aquella constituhir potestat et auctoritat de regonexer, examinar, discutir, declarar e publicar qui deu esser e es per justicia son princep e Comte de Barchinona, que qui deu esser e Rey Darago e de Valencia e Mallorques, e per semblant no menys pertany al regne de Mallorques qui es o esser deu Rey de Arago e de Valencia e Comte de Barchinona que qui es o esser deu Rey de Mallorques, et axi dels altres. E sis pensasen los dits honorables Jurats e general Consell altre esser la crehença o intencio dels dits molt reverends, nobles e honorables Parlaments dels dits regnes e Principat, la qual fora notoria error, no hagueren ele-

git ne tramesos assi lurs missatgeres per esser e entervenir en lo deuto segons comu general e concordable aplech de tots los dits regne e Principat per retre lur deute segons dreta feheltat e naturalesa a la regonexença examinacio discussio e publicacio de la justicia del qui deu esser Rey e senyor universal dels dits tres regnes e comdat: ans en tal e tant erronea oppinio, de la qual Deus guart, los dits regnes e Principat hagueren elegida altre via aquella per la qual als mils que poguessen salvassen lo deute de lur leyaltat, fe e naturalesa al qui es e esser deu universal Rey e senyor de tots. On com ara en tant longa vaccacio de la presidencia e Corona reyal et incertitud de vera conexença e publicacio de qui deu esser nostre ver Rey e senyor, en la longuesa de la qual lo regne de Mallorques es sens algun carrech culpa o nota, alcuns volents la segona intencio premetrer o proposar a la primera e fer del publich interes privat e familiar, de que ses dilatada fins aci e dilatara mentre dur la regonexença de la justicia del qui es et esser deu nostre ver Rey e senyor, ço que es molt desplasent al dit regne de Mallorques, qui es sens algun carrech o culpa, per varies e notoriament erroneas oppinions sesforcen a mermar e diminuir la essencia e auctoritat et potestat de la cuarta part que representada vertaderament lo regne de Mallorques ha e haver deu en lo general e comu aplech concordador dels dits tres regnes e Principat axi en la regonexenca, discussio e diffinicio de la justicia de la dita successio, com en tots los actes dependents emergents dispositions annexes a unica presidencia o monarchia reyal publicar, declarar e constituir sobre tots los regnes e Principat de la Corona reyal. E a sobrehabundant cautela mes que de necessitat per haver la intencio et resposta certa sobre la dita erronea oppinio et no vera ne alguna dubitacio, En Berenguer de Tagamanent cavaller, A. de Mur doctor en decrets e Jacme Aberti missatgers del dit regne de Mallorques e representant lo univers daquell, dissapte prop passat a v del present mes de dehembre intimaren en lo present molt reverends, molt nobles e honorables Parlament del dit Principat la intimacio et requesta de la tenor seguent: «Com durant la incertitud et perplexa prosequcio de la justicia», et cetera.

Superius est inserta sub dicto kalendario quinte diei currentis mensis, et cetera.

De la qual requerim esser los feta per lo discret en Berenguer Spigoler notari et scriva del dit Parlament carta publica, en fins aci no han havuda alguna resposta del dit Parlament. Per tant, ara a sobrehabundant cautela expressants e declarants lur intencio e dels dits honorables lurs principals et clara et sens ficcio velament pallissada o carga, re-

queren en aquests scrits de la primera requesta per ells feta a la qual dins lo terme de la constitucio de Cathalunya nols es stat respost, esser los feta et liurada et closa carta publica per lo dit Berenguer Spigoler notari sens resposta per deute de son offici et segrament: e requireren ab la pressent esser los feta per lo present molt reverend, molt noble et honorable Parlament certa et clara resposta de lur intencio, per ço que ab aquella auda sen puixen de present retornar al regne de Mallorques et refferir aquella al general Consell del dit regne qui y provehira al mils que pora satisfahent al deute de lur faeltat et naturalesa, protestants que fins aci no ha stat, stava, ne daqui avant stara per lo dit regne, aplech comu et concordable de tots los regnes e Principat per regonexer, discutir, deffinir e declarar la justicia de la dita successio reyal, ne ab present pretenen interes de loch, ne president, ne guardes, ne deffensions o intimacio dels competitors, ne nombre e qualitat de persones del comu aplech, ne forma de la discussio o conclusio: ans son e seran contents de la successio fahedora en comuna concordia dels dos regnes et Principat dels dits preambols et despositions a la dita examinacio et deffinicio de la justicia, pus sien tractats axi com cascun dels altres dos regnes e Principat, e en lo dit aplech hajen axi com haver deuen tantes veus e loch seguons cascun dels altres dos regnes e Principat e per conseguent perills alguns scandols o sinistres per la dilacio en que no han culpa contingens nos puxen a ells o al dit regne imputar. E de la present requeren esser los feta e liurada carta publica per lo notari present.

Quaquidem scriptura lecta in dicto Parlamento, dictis honorabiles ambassiatores regni Maiorice etiam verbo ad cautelam petierunt eis de presentatione et publicatione fieri publicum instrumentum et tradi totiens quotiens pecierint.

Et statim dictum Parlamentum peciit copiam scripture preinserte petens et requirens quod instrumentum inde fieri petitum nullatenus liberetur absque responsione ipsius Parlamenti.

Quibus sic factis, dictum Parlamentum fuit continuatum et prorrogatum per se ad diem crastinam de mane.

Deinceps die jovis de mane decima mensis decembris anno predicto ad continuationem dicti Parlamenti asignata fuerunt et convenerunt in dicto Parlamento de conditionibus ecclesiastica, militari et regali nonnulli facientes et representantes Parlamentum generale. Et quia illo mane erat ingressurus hanc civitatem reverendus in Christo pater dominus Episcopus Barchinone, fuit delliberatum fieri continuationem

dicti Parlamenti ad horam vespertinam ipsius diey. Et ita per ipsum Parlamentum extitit prorrogatum.

Adveniente autem hora vesperorum pretacte diey jovis convocato et congregato Parlamento in domo capituli antedicta presentes fuerunt qui inferius proxime nominantur.

Pro condicione ecclesiastica.

Reverendissimi domini
Petrus Archiepiscopus Terracone.
Galcerandus Episcopus Urgellensis.
Franciscus Episcopus Barchinone.
Frater Jacobus Abbas Monasterii Sancti Cucufatis.
Frater Marchus Beate Marie Montisserrati.
Frater Jacobus Populeti. . . . . } Monasteriorum Abbates.
Vincentius Agerensis. . . . . }
Petrus de Boscho.
Michael Falco.
Narcissus Astrucii.
Philippus de Medalia.
Raymundus Ferrarii.
Berengarius de Muntrava.

Pro condicione militari.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneto. . . . . }
Poncius de Perilionibus.. . . . . }
Berengarius Arnaldi de Cervilione. } Nobiles.
Franciscus Derill. . . . . }
Petrus de Cervilione.. . . . . }
Raymundus de Vilanova. . . . . }
Bernardus Johannes de Cervilione. }
Johannes de Miralles domicellus, procurator domini Comitis de Pallas.

Dalmacius Çacirera. . . . . }
Matheus Cardona. . . . . } Milites.
Galcerandus de Rosanis.. . . . . }

Azbertus Çatrilla.	Domicelli.
Berengarius de Moncorb.	
Simon de Montoliu..	
Dalmacius de Sancto Martino. . . .	
Johannes de Castro Episcopali . . .	
Marchus de Avinione.	

Pro condicione regali sindici.

Johannes de Plano..	Barchinone.
Bernardus de Gualbis.	
Raymundus Fivallerii.	
Bonanatus Petri..	
Petrus Grimau	Perpiniani.
Johannes de Ribes (sic)..	
Guondissalbus Garidelli..	Dertuse.
Gilabertus de Podio.	

Quibus in domo dicti Parlamenti sedentibus ut est moris, affuerunt honorabiles Petrus Cathala decretorum et Jacobus Pelegrini legum doctores nuncii sive ambaxiatores Parlamenti regni Valencie congregati a Vinalaroç qui verbo dixerunt effectualiter: quod ipsi nomine illius Parlamenti regraciabantur altissimo Jhesu Christo qui pacis est originale fundamentum, regraciabantur hinc Principati Cathalonie, regraciabanturque etiam illis notabilibus personis huius Parlamenti tantum quantum erat eis possibile cum per interventum et adjutorium eorumdem de questionibus et discordiis exortis inter illos dicti Parlamenti Valencie et barones, nobiles, milites et homines de paratico vocatos *forans* fuerunt facta appunctata et concordata certa bona et salubria appuntamenta que ipsi ambassiatores seu nuncii referrent eorum principalibus et sperabant indubie considerabantque tantum de providenciis eorumdem quod concluderetur et finiretur eorum concordia tantis laboribus et dispendiis hactenus concupita. Et his suis verbis fine facto, ab huiusmodi Parlamento recedentes nuncii preambuli, fraternale congedium receperunt.

Post quorum recessum statim intrarunt dictum Parlamentum nobiles Eximenus Petrus Darenos, Vitalis de Villanova et Johannes de Bellvis, honorabiles Gispertus de Valleriola et Dominicus Marco milites, Ludovicus de Loriç, Franciscus de Splugues domicelli et Johannes Mer-

caderii legum doctor, nuncii baronum, nobilium, militum et hominum de paratico vulgariter dictorum *forans* civitatis Valencie, qui horgano dicti honorabilis Johannis Mercaderii gracias egerunt altissimo Jhesu Christo, Parlamento Cathalonie Principatus hic presenti et notabilibus personis eiusdem de laboribus et tediis sustentis pro eorum facienda concordia quam tamquam factam reputabant attentis certis nobilibus appuntamentis inde deliberatis factis et conclusis: quare nomine ipsorum principalium et suorum offerebant se semper existere in omnibus beneplacitis et serviciis huius Parlamenti. Quiquam nuncii, receptis vicisitudinariis congediis fraternalibus et profertis a dicto Parlamento, illico recessere.

Postea dictum Parlamentum sciens quod juxta appuntata facta per ambassiatores utrosque seu nuncios expedit quod ex parte huius Parlamenti eligatur certa nobilis persona que instet exequtionem promptam eorum que ratione dicte concordie fuerint appunctata, statim comisit electionem persone et totalem expeditionem instructionum et potestatis et aliorum omnium necessariorum in predictis et circa ea reverendissimis dominis Archiepiscopo Terracone, Episcopo Urgelli, Vicecomiti Insule et Caneti, Guillelmo Raymundi de Montechateno, Johanni de Plano et Bernardo de Gualbis sindicis Barchinone predictis, qui jam circa appuntamenta prenarrate concordie ordinatione dicti Parlamenti bene et notabiliter laboraverant, quoniam huiusmodi Parlamentum habebat ratum gratum factum et firmum quicquid per dictas sex personas super electione dicte persone et omnibus aliis dictam ambassiatam tenentibus cum omnibus et singulis dependentibus et emergentibus ex eisdem factum fuerit et conclusum et cum potestate mandandi cautelas vice et nomine huius Parlamenti: omnia quippe delliberanda per ipsas VI personas ac etiam mandata super istis, nunc pro tunc Parlamentum habet pro delliberatum et mandatum.

Denique fuit ibidem lecta quedam littera Concilii et Juratorum ville Castilionis planiciey Burriane, qua expressabantur aliqua gravamina et dispendia que inferebantur dicte ville et singularibus eiusdem per nobilem Bernardum de Sintillis: quare ortabantur huiusmodi Parlamentum quatenus ei prestarent auxilium consilium et juvamen. Et hec latius verbo expressata et dicta fuerunt per quendam nuncium ville jam dicte portitorem littere prenarrate.

Et statim ordinatione dicti Parlamenti, reverendissimus dominus Archiepiscopus Terracone verbo utique respondit effectualiter: quod per Dei gratiam concordia inter Parlamentum regni Valencie congregatum a Vinalaros et barones, nobiles, milites et homines de paratico huius-

dem regni erat deducta in bonis terminis et appunctamentis ex qua concordia cessabantur gravamina et dispendia antefata.

Quibus peractis, dictum Parlamentum fuit continuatum et prorrogatum per se ad diem sabbati proxime de mane in eodem loco.

Postmodum die sabbati duodecima mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo cccc undecimo convocato et congregato Parlamento in dicta domo capituli in qua presentes fuerunt subscripti.

Pro condicione ecclesiastica.

Reverendissimi et honorabiles domini
Petrus Archiepiscopus Terracone.
Galcerandus Episcopus Urgelli.
Franciscus Episcopus Barchinone.
Frater Jacobus Sancti Cucuphatis.. } Monasteriorum Abbates.
Frater Marchus Beate Marie de Montesserrato. . . . . } Monasteriorum Abbates.
Frater Jacobus Populeti.. . . . . } Monasteriorum Abbates.
Vincentius Agerensis. . . . . } Monasteriorum Abbates.
Petrus de Boscho.
Michael Falco.
Frater Johannes Marques procurator assertus domini Episcopi Elnensis.
Narcissus Astrucii. . . . . } Nominibus prenotatis.
Philippus de Medalia. . . . . } Nominibus prenotatis.
Johannes Siurana . . . . . } Nominibus prenotatis.
Berengarius Sarrati. . . . . } Nominibus prenotatis.
Raymundus Ferrarii.. . . . . } Nominibus prenotatis.
Michael Bonfiy. . . . . } Nominibus prenotatis.
Berengarius de Montrava.. . . . . } Nominibus prenotatis.

Pro condicione militari.

Petrus Vicecomes Insule et Caneti. } Nobiles.
Guillelmus Raymundus de Montechateno. . . . . } Nobiles.
Berengarius Arnaldi de Cervilione. } Nobiles.
Franciscus Derill.. . . . . } Nobiles.
Acardus de Muro. . . . . } Nobiles.
Petrus de Cervilione.. . . . . } Nobiles.

Petrus de Montechateno. . . . . . Simon de Muro. . . . . . Bernardus Johannes de Cervilione. Johannes Miralles quo supra nomine.	Nobiles.
Dalmacius Çacirera. . . . . . Raymundus Conesa. . . . . . Petrus Alanya. . . . . . Galcerandus de Rosanis.. . . . . . Rerengarius Batle.	Milites.
Azbertus Çatrilla. . . . . . Berengarius de Moncorb. . . . . . Simon de Montoliu . . . . . . Johannes Petrus Fahena. . . . . . Michael de Besora. . . . . . Dalmacius de Sancto Martino. . . . Berengarius de Copons. . . . . . Johannes de Castro Episcopali.. . . Marchus de Avinione.	Domicelli.

Pro condicione regali sindici.

Johannes de Plano. . . . . . Bernardus de Gualbis. . . . . . Raymundus Fivaller.. . . . . . Bonanatus Petri..	Barchinone.
Petrus Grimau	Perpiniani.
Guondissalbus Garidelli.. . . . . . Gilabertus de Podio.	Dertuse.

Quibus omnibus in dicta domo capituli existentibus, honorabilis Bernardus de Gualbis utriusque juris professor cui, una cum aliis Parlamentum comiserat sub kalendario XVIII diey mensis novembris proxime lapsi quod audiret discretum Bartholomeum Gras notarium et se informaret de rationibus et excepcionibus quas ut dicitur fecit super restitutione aliquarum scripturarum et peccunie quantitatum penes [se] existentium, fecit relationem latissimam de omnibus et singulis per ipsum

una cum aliis honorabilibus consociis viris recognitis et appuntatis super dicto facto dicti Bartholomei Gras.

Et tandem dictum Parlamentum habita super dicto facto delliberatione providit et delliberavit; quod dicto Barthomeo Gras detur ut solvatur de peccuniis generalis Cathalonie quicquid repertum fuerit sibi deberi ratione sui salarii pro viagiis que fecerit ordinatione ipsius Parlamenti computando a die recessus civitatis Barchinone usque ad diem que reversus extitit ad eandem, necnon etiam quicquid constiterit ipsum Bartolomeum Gras licite exsolvisse cursoribus quos ipsum pro negociis ultimi sui viagii ad regnum Aragonum oportuit destinare: et denique ultra premissa pro totali remuneratione solutione et satisfactione salariorum notariorum et quarumcumque personarum per ipsum pro eius societate et custodia in Aragonum assumptarum et etiam ratione sui adventus ad huiusmodi civitatem, delliberavit dictum Parlamentum, quod dentur et solvantur pretacto Bartholomeo Gras sexaginta florenos auri de Aragone; mandans de predictis cautelam seu cautelas honorabilibus Generalis Cathalonie depputatis, hoc tamen addito quod proprius et ante omnia dictus Bartholomeus Gras det, delliberet et restituat notario Parlamenti omnes scripturas receptas et factas per ipsum dictum Parlamentum tangentes quoquomodo.

Ulterius fuit propositum in dicto Parlamento per honorabilem Berengarium de Montrava alterum ex promotoribus dicti Parlamenti quod honorabilis Johannes Siurana prior Dertuse petebat satisfactionem de expensis per ipsum factis eundo et redeundo de Dertusa ad Barchinonam ratione ambassiate regni Sicilie in qua erat ordinatum, quod accederet.

Et statim, ut decentius provideretur, huiusmodi Parlamentum comisit reverendo in Christo patri [Episcopo] Barchinone, Dalmacio Çacirera militi et Bernardo de Gualbis qui videant et referant.

Quibus peractis, dictum Parlamentum fuit continuatum prorrogatumque per se ad diem lune proxime in eodem loco.

Interea die lune quinta decima mensis decembris anno a nativitate Domini M.° quadringentesimo undecimo convocato et congregato dicto generali Parlamento in domo capituli sedis Dertuse ut est moris, fuerunt presentes qui inferius proxime describuntur.

Pro condicione ecclesiastica.

Reverendissimi domini
Petrus Archiepiscopus Terracone.

Galcerandus Episcopus Urgellensis.
Franciscus Episcopus Barchinone.

Frater Jacobus Sancti Cucufatis...	Monasteriorum Abbates.
Frater Marchus Beate Marie de Montesserrato..	
Frater Jacobus Populeti..	
Vincentius Agerensis.	

Petrus de Boscho.	Nominibus prenotatis.
Michael Falco.	
Frater Johannes Marques..	
Narcissus Astrucii.	
Philippus de Medalia.	
Johannes Siurana..	
Raymundus Ferrarii..	
Michael Bonfyll.	
Berengarius de Montrava..	

Pro condicione militari.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneto.

Guillelmus Raymundus de Montechateno.	Nobiles.
Poncius de Perilionibus..	
Berengarius Arnaldi de Cervilione.	
Franciscus Derill..	
Accardus de Muro.	
Petrus de Cervilione..	
Simon de Muro..	
Bernardus Johannes de Cervilione.	
Johannes Rogerius de Erillo..	
Franciscus de Vilanova.	
Raymundus de Vilanova.	

Johannes Miralles quo supra nomine.

Ludovicus de Requesens.	Milites.
Dalmacius Çacirera.	
Bartholomeus Aranyo.	
Raymundus Dempuries.	
Raymundus Çacirera.	
Raymundus Conesa.	

Petrus Alanya	Milites.
Franciscus Ribera	
Galcerandus de Rosanis	
Berengarius Batle	

Azbertus Çatrilla	Domicelli.
Marchus Davinyo	
Petrus de Miravalls	
Johannes Petrus Fahena	
Dalmacius de Sancto Martino	
Guillelmus de Montoliu	
Berengarius de Copons	
Johannes de Castro Episcopali	
Bartholomeus de Palou	
Geraldus Alamanus de Toralla	
Raymundus Ferrarii	
Johannes de Avinione	
Petrus de Vilalba	

Pro condicione regali sindici.

Johannes de Plano	Barchinone.
Bernardus de Gualbis	
Raymundus Fiveller	
Bonanatus Petri	
Petrus Grimau	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes	
Guondissalbus Garidelli	Dertuse.
Gilabertus de Podio	

Quibus omnibus superius nominatis in solitis dicti Parlamenti sessionibus collocatis fuit lecta in dicto Parlamento quedam littera Parlamenti regni Valencie, cuius tenor et primo epigramatis sequitur sub his verbis.

Als molt reverends, egregis, nobles e honorables senyors lo Parlament general del Principat de Cathalunya.

Molt reverends, egregis, nobles et honorables senyors. Sabut per relacio dels nostres missatgers aqui derrerament destinats com per via de parer aqui es stat concordat que un missatger per part vostra et altre

per la nostra sien tramesos en la plana de Burriana per fer cessar algunas novitats e actes enormes alli attemptats et fets contra les viles de Castello e Villareal et singulars de aquelles, desijants prepararnos a donar loch et manera tant com en nosaltres es a unitat concordia tranquillitat et repos en lo regne, havem de continent elet per missatger nostre per la dita raho lo honorable mossen Johan de Moya doctor en decrets vicari general e procurador del molt reverend pare en Crist lo Bisbe de Valencia. Perque, avisantvos de las ditas coses, les vostres reverencies nobleses e saviesas molt honorables, pregam affectuosament que placia a aquells elegir e trametre lur missatger per la dita raho destinador segons es dit a fi que aquell e lo dit mossen Johan ensemps sen vagen per provehir e fer cessar les novitats dessus dites, certifficantvos ens plaura loch dia e hora e quant se trobaran e sajustaran los dits missatgers per prosseguir son viatge. E si coses algunes molt reverends, egregis, nobles e honorables senyors, vos son plasents, scrivitsnosen fiablament. E sia vostra guarda Lesperit Sant. Scrita en Vinalaros et sagellada ab lo sagell secret del reverend Bisbe de Valencia a XIII de dehembre del any MCCCCXI.—*Lo Parlament general del regne de Valencia apparellat a vostra honor.*

Quaquidem littere lecta, statim dictum Parlamentum voluit et ordinavit: quod sex persone quibus superius die ultima nona currentis mensis per sepedictum Parlamentum comissum fuerat pro eligendo aliquam notabilem personam pro contentis in preinserta littera cum pleno posse, hora tertia post meridiem ipsius diey sint insimul pro faciendo electionem dicte persone ipsiusque expeditionem totalem. Quocirca fuit mandata fieri et expediri littera dirigenda jam dicto Parlamento regni Valencie contentiva provisionem et ordinationem huiusmodi, necnon alia littera eiusdem substancie baronibus, nobilibus, militibus et hominibus de paratico regni Valencie in villa de Trahiguera congregatis.

Ulterius venerabilis religiosus vir frater Johannes Marquesii in decretis licenciatus, faciens promptam fidem de sua aserta superius potestate, tradidit notario dicti Parlamenti quoddam publicum procurationis instrumentum tenoris sequentis.

In nomine Domini, Amen. Noverint universi: quod anno a nativitate Domini millessimo CCCCXI indictione III die vero quinta mensis octobris pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Benedicti Divina providentia Pape XIII anno decimo septimo reverendus in Christo pater ac dominus dominus Jeronimus miseratione divina Episcopus El-

nensis revocando quoscumque procuratores per ipsum actenus ad infrascripta vel eorum aliqua constitutos, gratis et ex certa scientia; fecit, constituit, creavit ac etiam sollempniter ordinavit suum certum verum licitum et indubitatum procuratorem, actorem, factorem et negotiorum suorum infrascriptorum, gestorem et nuncium specialem et generalem ita quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, videlicet venerabilem et religiosum virum dominum Franciscum Marquesii in decretis licenciatum Priorem Sancti Petri de Cabana, Ilerdensis diocesis, specialiter et expresse ad comparendum pro dicto domino constituente et eius nomine in Parlamento generali Principatus Cathalonie de et super examinatione justicie et aliis concernentibus publicam utilitatem regnorum Aragonum, Valencie, Principatus Cathalonie et aliorum regnorum et terrarum ditioni regis Aragonum subiectorum in civitate Dertuse celebrando, illudque ibi vel alibi continuando, prout ei videbitur expedire, et ad tractandum, practicandum, concordandum, faciendum, concludendum et firmandum omnia et singula tangencia et continencia examinationem dicte justicie et bonum statum ac utilitatem ipsius regni et ad prosequendum et ad effectum perducendum omnia et singula que in dicto Parlamento erunt concordata acta et conclusa in et super premissis. Et insuper, ad inquirendum, videndum et examinandum negocium justicie supradicte, illudque declarandum et publicandum simul cum illis regnorum et terrarum supradictorum in loco eligendo et concordato et situato in quocumque regnorum et terrarum Valencie, Aragonum et Principatus Cathalonie, et illis modo et via quibus per dictum Parlamentum simul cum aliis de regnis supradictis erit concordatum, taliter quod omnes simul juncti pronuncient et notificient dictam justiciam, qua pronunciata et notificata nominetur Rex verus noster; dans et concedens eidem procuratori plenum posse et speciale mandatum tractandi, praticandi, concludendi et determinandi omnia et singula huiusmodi negocium tangencia, necnon aliqua quecumque utilitatem et bonum statum regnorum et terrarum predictorum concernentia, et generaliter omnia alia et singula dicendum, procurandum et exercendum utilia et expedientia. Et super incidentibus emergentibus et conexis in negocio predicto, etiam si talia fuerint que mandatum exhigant especiale et que ipse dominus constituens faceret et posset personaliter constitutus. Promittens idem dominus constituens mihi nothario publico infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti, nomine illorum quorum interest vel intererit aut interesse poterit quomodolibet, in futurum se ratum gratum et firmum perpetuo habiturum quicquid per dictum procuratorem actum dictum gestum fuerit seu alias quomodolibet pro-

curatum, relevants idem dominus constituens dictum procuratorem ab omni onere satisdandi judicioque fisci et iudicatum solvi cum suis titulis universis. Acta hec Paniscole die mense et anno et pontificatu predictis, presentibus venerabilibus et discretis viris Petro Serra rectore parrochialis ecclesie Sancte Perpetue de Moguda et Michaele Romei perpetuo porcionario ecclesie Tirasonensis testibus ad premissa voccatis specialiter et rogatis fuerunt. Garsias.

Ego Garsias Azenarii de Anyon clericus, publicus auctoritate apostolica Notarius qui premissis omnibus et singulis dum modo prescripto fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus, presens interfui eaque omnia et singula vidi sic fieri publicari, et in hanc publicam formam manu propria redegi, signoque meo solito signavi requisitus in testimonium omnium et singulorum premissorum.

Quibus peractis, fuit continuatum et prorrogatum dictum Parlamentum per se in eodem loco ad meridiem mercurii proximam.

Adveniente autem hora tertia post meridiem ipsius diey in palacio Episcopali ubi moratur revendissimus dominus Archiepiscopus Terracone, affuerunt in quadam camera ipsius palacii pro electione et expedicione ambassiatoris sive nuncii qui accessurus est una cum nunciis Parlamenti regni Valencie congregati a Vinalaroç et baronum nobilium militum et hominum de paratico dicti regni vulgariter nominatorum *forans* pro expeditione et conclusione concordie illius regni in hac civitate Dertuse jam delliberate tam in planicie Burriane quam in civitate Valencie, videlicet ipse reverendissimus dominus Archiepiscopus, reverendus in Christo pater dominus Galcerandus Episcopus Urgelli, nobilis Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti, Guillelmus Raymundus de Montechateno milites, honorabiles Johannes de Plano et Bernardus de Gualbis legum doctores sindici civitatis Barchinone, quibus per dictum Parlamentum dicti nuncii electio commissa fuerat qui, ad examinationem et discussionem dicte electionis procedendo, nominarunt et pariter elegerunt in nuncium huiusmodi Parlamenti ad predicta honorabilem Bonanatum Petri licenciatum in decretis sindicum civitatis Barchinone instructiones et memorialia sibi utique remittentes.

Quaquidem nominatione et electione ipsius honorabilis Bonanati Petri facta, statim fuerunt mandate et post paululum expedite nomine et ex parte Parlamenti due littere, altera Parlamento regni Valencie et altera baronibus, militibus et hominibus de paratico congregatis a Trahiguera, continentes in effectu: quod Parlamentum Cathalonie Principatus pro interveniendo cum eorum nunciis et faciendo simul cum eis

omne bonum quod erit possibile, elegerat in nuncium suum honorabilem Bonanatum Petri predictum. Quo circa, dictum Parlamentum regni Valencie et prenarrati foranii expedirent ipsorum nuncios pro huiusmodi negociis ut pretangitur jam electos ad hoc ut die jovis proxime ventura omnes dicti nuncii se inveniant congregatos in villa Sancti Matei et abinde continuent et prosequantur in Dei nomine comissa negocia super facto concordie antedicto.

Et nichilominus prenominate sex persone nomine et auctoritate ipsius Parlamenti mandarunt fieri et tradi dicto honorabili Bonanato Petri litteras credencie sibi per Parlamentum predictum comisse honorabilibus Johanne de Moya decretorum doctori nuncio dicti Parlamenti regni Valencie congregati a Vinalaroç et Petro Pardo militi nuncio dictorum baronum militum et hominum de paratico vocatorum *forans* dicti regni electis ad predicta, et etiam Juratis ville Castilionis planiciey Burriane et ville Regalis ac Bartholomeo Miralles, necnon etiam nobili Arnaldo Guillelmo de Ballarca Gubernatori regni et Juratis civitatis Valencie. Et etiam mandarunt auctoritate et potestate eis atributis cautelam dicto honorabili Bonanato Petri pro viginti diebus a die sui recessus de presenti civitate in antea continue computandis ad rationem quatuor florenis pro qualibet die.

Denuo die mercurii sexta decima mensis decembris anno predicto convocato et congregato dicto Parlamento in domo capituli sedis Dertuse ut est moris fuerunt presentes subscripti:

Pro condicione ecclesiastica.

Reverendissimi
Petrus Archiepiscopus Terracone.
Galcerandus Episcopus Urgellensis.
Franciscus Episcopus Barchinonensis.

Frater Jacobus Sancti Cucuphatis..	Monasteriorum Abbates.
Frater Marchus Beate Marie de Monteserrato.	
Frater Jacobus Populeti..	
Vincentius Agerensis	
Petrus de Boscho.	Nominibus prenotatis.
Michael Falco.	
Berengarius Serrati	
Berengarius Ferrarii..	

Michael Bonfyll. . . . . } Nominibus prenotatis.
Berengarius de Muntrava.. . . . . }

Pro condicione militari.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneto.
Guillelmus Raymundus de Montechateno . . . . . .
Poncius de Perilionibus.. . . . . .
Berengarius Arnaldi de Cervilione.
Franciscus Derill. . . . . .
Acardus de Muro. . . . . .
Petrus de Cervilione.. . . . . .
Simon de Muro. . . . . .
Bernardus Johannes de Cervilione.
Johanes Rogerius de Erillo.. . . . . .
Gueraldus de Queralto.. . . . . .
Raymundus Dorcau. . . . . .
} Nobilis.
Johannes Miralles quo supra nomine.

Ludovicus de Requesens. . . . . .
Bartholomeus Aranyo. . . . . .
Dalmacius Çacirera.. . . . . .
Raymundus Dempuriis. . . . . .
Raymundus Çacirera. . . . . .
Petrus Galcerandus de Cartella. . .
Alamanus de Ciscar. . . . . .
Berengarius Squerrer. . . . . .
Petrus Alanya. . . . . .
Franciscus Ribera. . . . . .
Galcerandus de Rosanis.. . . . . .
} Milites.

Azbertus Çatrilla. . . . . .
Berengarius de Moutons. . . . . .
Johannes Petrus Fahena. . . . . .
Michael de Besora. . . . . .
Berengarius de Copons. . . . . .
Johannes de Castro Episcopali.. . .
Marchus de Avinione. . . . . .
Petrus Blan . . . . . .
} Domicelli.

Pro condicione regali sindici.

Johannes de Plano.....	Barchinone.
Bernardus de Gualbis.....	
Raymundus Fivaller.....	
Bonanatus Petri.....	
Petrus Grimau.....	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.....	
Guondissalbus Garidelli.....	Dertuse.
Gilabertus de Podio.....	

Quibus omnibus in dicto Parlamento sedentibus ut est moris, affuerunt venerabiles et discreti Bartholomeus Çacosta et Guillelmus Cathala nuncii honorabilium Raymundi Çatrilla Gubernatoris capitis Lugudori et Consiliarorum et procerum ville Alguerii cum ipsorum littera credencie directa Parlamento. Quequidem littera lecta, statim ibidem fuit et verbo per ipsos nuncios credentia explicata quare hic non potest per extensum continuari, sed continebat in effectu: quod per huiusmodi Principatum subventio condecens gentium armiferorum et peccuniarum cum quibus terre et pertinencie dicti regni tantis laboribus dispendiis et expensis acquisite possint regi et domino per justiciam declarato conservari. Notificantes utique sucursum quem nobilis Nicholusus de Auria pro servicio excellentissime domus Aragonum facere obtulerat, videlicet quod in his partibus de suis peccuniis volebant stipendiare et solidare ducentos homines equites pro facienda guerra pro domino rege Aragonum contra Vicecomitem Narbone et micer Casadoria januensem, inimicos dicti domini regis.

Et mox sine aliquo intervallo, honorabiles Johannes Distria, Nicholoso Delobalbo et Nicholosso de Serra nuncii et ambassiatores nobilis Nicholusus de Auria precedentibus recomendationibus debitis dicti nobilis obtulerunt et presentarunt quandam litteram clausam et sigillatam directam Parlamento. Cuius tenor et primo epigramatis talis est.

Als molt reverends e molt nobles e molt honorables senyors lo Parlament general de Cathalunya.

Molt reverends e molt nobles e molt honorables e savis senyors. A la noblesa, prudencia e saviesa de vosaltres notificam que com nos per honor e utilitat de la sacra reyal magestat e Corona Darago de bon grat

spontanea voluntat nos sien fets vassall e servidor de aquella per la qual sacra reyal maiestat e Corona volem tots temps vivir e morir e amar e obeyr aquella. Emperamor daço, molt reverends e molt honorables e savis senyors, com nos ab gran e sobirana de cor e de pensa desigant e cobeiant la honor, utilitat, aumentacio e cresciment de la sacra reyal magestat Darago e de la sua Corona vullam fer alguns actes mijançant la potensia Divina e lo subsidi reyal, sens la qual e lo qual los actes procehir no porien. Per los quals actes trametem aqui en lo regne per embaxadors nostres los honorables micer Johan Distria, Nicholoso Delobalbo e Nicholoso de Serra per los cuals ambaxadors la noblesa e saviesa de vosaltres sera pus largament informada de tota nostra intencio. Per tant, molt reverends e molt nobles e molt honorables e savis senyors, vos suplicam humilment tant com a nos es posible vullats havernos per recomanats en los damunt dites coses e los dits ambaxadors vullats endreçar ajudar e consellar en tal forma e manera que mijançant la gracia de nostre senyor lo subsidi reyal e adjutori vostre lo odi e mala voluntat que era e es entre la gent sardica e la generacio cathalana se converta en pura e pacifica pau e perpetua unitad e concordia. Nostre Senyor Deus sia en vostra guarda. Amen. Scrita en Montileon a XXI de Noembre del any de la nativitat mill quatrecents onze.

Nicholusu de Auria apparellat a tota vostra honor qui se recomana a la nobilitat e saviesa de vosaltres.

Insuper fuit lecta quedam littera directa Parlamento cuius series et primo epigramatis talis est.

Als molt reverends, egregis, nobles e honorables senyors lo Parlament del Principat de Cathalunya justat en la ciutat de Tortosa.

Molt reverends, egregis, nobles e honorables senyors. Aci son stats davant nosaltres los honorables micer Johan Distria, Nicholoso de lo Balbo e Nicholoso de Serra missatgers tramessos per micer Nicholuso Auria e han nos presentada una letra quis dressava a nosaltres dipputats de part del dit micer Nicholusu continent en si crehença, la qual los dits missatgers nos han esplicada sobre alguns actes tocants la honor de la reyal Corona Darago e benavenir del regne e illa de Cerdenya en que los havem fet rahonament per lur consolacio. E per tant com en tals coses o semblants nosaltres no volem ne entenem procehir sino tant com per vosaltres senyors sera ordenat, havem volgut cessar de fer los alguna certa resposta a les coses per ell explicades, havem los remesos a vosaltres senyors. donant los entenent que deven recorrer com a nostres principals e majors que celebrats lo general Parlament de Cathalunya.

Perque senyors, los dits missatgers sen van de present a vosaltres per explicarvos la dita crehença e lur intencio a la cual vosaltres senyors provehirets segons que Deus vos administrara e nosaltres entendrem si e en la manera que per vosaltres senyors sera ordenat e provehit. E sia, molt reverends, egregis, nobles e honorables senyors, Lesperit Sant en vostra guarda. Scrita en Barchinona a x dies de dehembre del any MCCCCXI.—*Los Diputats del General de Cathalunya e les VI persones a ells adjunctes a vostra honor e servir apparellats.*

Quibus litteris in dicto Parlamento lectis, mox dicti honorabiles nuncii verbo explicarunt eorum credentiam, quare hic non potest continuari verum effectualiter dixerunt: quod nobilis Nicholusu de Auria vassallus excellentissime regie domus Aragonum tamquam servitor multum avidus honoris et servicii eiusdem domus, considerans quod nobilis vicecomes Narbone et micer Casadoria januensis erant inimici publici dicte regie domus et devasabant in quantum in eis erat terras et dominia domini regis Aragonum, proposuerat et delliberaverat mittere ad has partes ipsos nuncios pro petendo et obtinendo aliqualem succursum condecentem ad remitendum et invadendum et destruendum dictos Vicecomitem et micer Casadoria, quoniam de suo proprio ipse nobilis Nicholusus stipendiaret sive solidum daret ducentis hominibus equitibus. Quo circa, prenominati nuncii quo supra nomine ortabantur huiusmodi Parlamentum quatenus ad faciendam dictam petitam subventionem breviter se disponerent et ipsos nuncios expedirent.

Quibus siquidem litteris lectis et credentiis per dictos nuncios explicatis, reverendissimus in Christo pater dominus Archiepiscopus Terrachone ordinatione Parlamenti verbo fecit responsionem dictis nunciis videlicet: quod Parlamentum delliberaret quam citius potuerit super explicatis per honorabiles nuncios antedictos, et Dei gratia mediante fiet bona et utilis provisio in predictis.

Ulterius fuit ibidem presentata et lecta per nobilem Johannem de Istria quedam littera honorabilis Raymundi Çatrilla Gubernatoris capitis Lugodori directa Parlamento cuius tenor talis est.

Als molt reverends e molt nobles e molt honorables senyors lo Parlament general de Catalunya.

Molt reverends e molt nobles e molt honorables senyors. De mi e de tots altres officials se pertany scriure e supplicar per aquells qui be e leyalment han servit e servexen la casa de Arago et tot un regne: hon senyors, com assi sia vengut lo noble en Johan Distria germa de micer Vinxincello Distria Comte de Corsega per lo senyor Rey nostre de Ara-

go per servir hic lo dit senyor ab D corsors qui venien a sou de micer Nicholoso Doria vassall e sotsmes del dit senyor per fer guerra contra micer Casadoria jenoves enamich principal del dit jenoves e de sos sotsmesos e qui han pres e elevat al senyor Rey lo castell de Longosardo: e lo Vezcomte de Narbona qui es en Sacer sabent la lur venguda ab la gent de Sacer als fets scontrar en lo cami et han morts entorn ccc ultra los presos, et dels quals ha vengut en aquesta vila ab lo dit Johan en torn LX: lo qual dit Johan ha molt servit e treballat per la honor de la casa de Arago et per exalçament de aquella e sen vaja davant la presencia del dit senyors si es elet davant vosaltres per alcuns affers: per ço molt humilment et affectuosa supplicam la vostra molt gran saviesa que havent lo dit Johan Distria per recomanat vullats e us placia per vostra gran bonesa vers aquell, fer tal gracia que a ell sia proffit e honor per manera que los altres servidors del dit senyor ne prenguen exemple e hajen millor cor de servir hinc lo dit senyor e la sua casa. E si a vosaltres plaura que yo faça aci res, manats. Scrite en Lalguer a XXVII del mes de nohembre.—*Ramon Çatrilla Guovernador del cap de Lugudor apparellat a vostres manaments.*

Et tamdem recedentibus de Parlamento prenominatis nunciis Sardinie, dictum Parlamentum, habito aliquali colloquio super expositis per dictos nuncios et contentis in litteris preinsertis, comisit negocium huiusmodi dictis viginti quatuor personis super multis aliis negociis dicti Parlamenti jam electis que cum ipsis ambassiatoribus et aliis practicent, tractent et comunicent ac etiam appunctent de et super provisionibus que circa dictam petitam subventionem fieri potuerit. Et pro faciliori expeditione dictorum nunciorum dictum Parlamentum contulit potestatem dictis XXIIII personis quod possint et voleant nomine et auctoritate Parlamenti eligere aliquas certas personas que in predictis etiam tractent et comunicent cum nunciis antefatis, et quicquid pronunciaverint referant Parlamento; et nichilominus quod dicte viginti quatuor persone tractent et praticent inter se super gratia petita fieri per dictum nobilem Johannem Distria et pariter referant Parlamento.

Insuper, advenientibus dictum Parlamentum et ibidem eorum sessionibus collocatis multum honorabilibus Berengario de Tagamanent milite, Arnaldo de Muro decretorum doctore et Jacobo Alberti nunciis sive ambassiatoribus civitatis et regni Maioricarum, reverendissimus dominus Archiepiscopus Terrachone ordinatione Parlamenti huiusmodi prorupit efectualiter: quod cum ipsi sub kalendariis quinte et none dierum mensis presentis dedissent nomine illius civitatis et regni duas cedulas in huiusmodi Parlamento quarum tenores explicare non opportebat

cum ipsi nuncii bene scirent dictum Parlamentum respondebat quod usquequo non intendebat preiudicasse dictum regnum nec eius libertates, immo esset sibi grave si per aliquem preiudicarentur et deffenderet eos tamquam proprios ac consimilem confiduciam habet quod faceret dictum regnum de libertatibus et privilegiis huius Principatus; quare hortabatur fraternaliter dictos nuncios sive ambassiatores quatenus dictas duas cedulas haberent pro non datis cassis et nullis.

Et confestim prenominati nuncii sive ambassiatores civitatis et regni Maioricarum, organo videlicet dicti Arnaldi de Muro, per multa verba colligativa fraternalis et cordialis amoris urgentis inter huiusmodi Principatum et regnum Maioricarum, et credentes nuncii pretacti talem esse intentionem presentis Parlamenti qualem dixerat jam dictus reverendissimus dominus Archiepiscopus Terrachone, idcirco revocare dixerunt et penitus abolere cedulas duas pretactas sub preexpressis kalendariis per ipsos ut pretangitur oblatas ac etiam presentationem et oblationem earumdem. Et utique dicti honorabiles nuncii sive ambassiatores dirigentes verba michi, dicto Berengario Spigoler notario et secretario Parlamenti pro Condicione regali civitatum et villarum regalium in cuius posse dictarum duarum cedularum presentatio fuerat facta, dixerunt in presentia totius Parlamenti: quod dictas cedulas laceraret seu mitteret in ignem, quoniam ipsi sich volebant et pro non datis seu presentatis habebant et penitus discernebant.

Preterea dictus reverendissimus dominus Archiepiscopus Terracone pro se et sex personis electis per Parlamentum ad faciendum electionem et totalem expeditionem nuncii qui ex parte ipsius Parlamenti accessurus est una cum nunciis Parlamenti regni Valencie et baronum, nobilium, militum et hominum de paratico vocatorum *forans* ad dicti regne planiciem Burriane et ad civitatem Valencie pro deducendo exequtioni debite concordiam inter dictos valentianos hic tractatam et quodam modo delliberatam ut prefertur, dixit effectualiter: quod dicte sex persone elegerant in nuncium dicti Parlamenti ad predicta honorabilem Bonanatum Petri licenciatum in decretis sindicum civitatis Barchinone ipsumque expediverant de instructionibus et memorialibus sich quod non restat nisi quod in nomine Domini accipiat suum iter.

Et his prolatis per dictum reverendissimum dominum Archiepiscopum, confestim dictum Parlamentum habuit multum gratam electionem dicti honorabilis Bonanati Petri et quicquid per dictas sex personas super expeditione eiusdem ordinatum et factum fuerat habere dixit ratum et firmum; et idemque mandavit cautelam pro viginti diebus ad rationem III florenorum die qualibet computata.

Subsequenter fuit habita mencio quod honorabilis Guillelmus de Vallesicca legum doctor, qui ordinatione dicti Parlamenti ad hanc civitatem venerat et morabatur in eadem, petebat de suo salario sibi fieri accurrimentum: et cum fuerit compotum in veritate, quod de peccuniis bistractis dicto honorabili Guillelmo de Vallesicca per Generale Cathalonie in civitate Barchinone pro expensis quas ipsum facere opportebat antequam recedat a dicta civitate Barchinone et etiam pro itinere ad hanc civitatem faciendo solum supererant quando applicuit hic in civitate Dertuse ducenti florini auri de Aragonia, Parlamentum delliberavit quod computato tempore a die sui ingressus in hanc civitatem usque ad presentem diem et pro duobus mensibus proxime sequentibus qui finiunt xv die febroarii proxime futura inclusive ad rationem sex florenorum qualibet die, quos deputati Cathalonie et sex persone eis adjuncte eidem taxaverant, fieret sibi cautelam quam illius quantitatis nunc pro tunc habet pro mandata.

Item fuit expositum pro parte honorabilis Dalmacii de Sancto Dionisio legum doctoris et Bernardi Canet scriptoris: quod licet predicti obtinuerint cautelam certe peccunie quantitatis eorum salariorum directam honorabilibus deputatis Cathalonie, attamen ipsi deputati et sex persone eis adiuncte dictam cautelam recusaverunt aceptari, quare petebatur debitis provideri.

Et illico Parlamentum deliberavit, quod viginti quatuor persone ad varia negocia dicti Parlamenti facienda electe recognoscerent quandam litteram super his per honorabiles deputatos Cathalonie et sex personas missam Parlamento et tandem discernant et decidant que eis fuerit bene visum.

Quibus peractis, dictum Parlamentum fuit prorrogatum per se ad diem crastinam de mane in eodem loco.

In qua die crastina que erat dies jovis decimaseptima decembris anno predicto millesimo quadringentesimo undecimo, congregato Parlamento in domo dicti capituli Sedis Dertuse ut est moris fuerunt presentes qui inferius proxime describuntur.

Pro condicione ecclesiastica.

Reverendissimi
Galcerandus Episcopus Urgellensis.
Franciscus Episcopus Barchinone.

Frater Jacobus Sancti Cucufatis. . . . . .
Frater Marchus Beate Marie de Monteserrato . . . . . .
Vincentius Agerensis. . . . . .
} Monasteriorum Abbates.

Berengarius Serrati . . . . . .
Raymundus Ferrarii . . . . . .
Michael Bonfill. . . . . .
Berengarius de Montrava.. . . . . .
} Nominibus predictis.

Pro condicione militari.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti.
Guillelmus Raymundus de Montechateno.
Poncius de Perilionibus.. . . . . .
Berengarius Arnaldi de Cervilione.. . . . . .
Franciscus Derill. . . . . .
Petrus de Cervilione.. . . . . .
Simon de Muro.. . . . . .
Bernardus Johannes de Cervilione.. . . . . .
Johannes Rogerius de Erillo.. . . . . .
Franciscus de Vilanova.. . . . . .
Rogerius Dorcau. . . . . .
Raymundus de Vilanova. . . . . .
} Nobiles.

Petrus Splugues . . . . . .
Johannes Miralles. . . . . .
} Domicelli nominibus superius expressis.

Ludovicus de Requesens. . . . . .
Dalmacius Çacirera . . . . . .
Bartolomeus Aranyo.. . . . . .
Raymundus Çacirera. . . . . .
Petrus Galcerandus de Cartella. . . . . .
Berengarius Squerrer. . . . . .
Galcerandus de Rosanis.. . . . . .
Franciscus Ribera. . . . . .
} Milites.

Ázbertus Çatrilla. . . . . .
Berengarius de Montors . . . . . .
Simon de Montholiu.. . . . . .
} Domicelli.

Johannes Petrus Fahena.	Domicelli.
Michael de Besora.	
Dalmacius de Sancto Martino.	
Guillelmo de Montholiu.	
Berengarius de Copons.	
Johannes de Castro Episcopali	
Marchus de Avinione.	
Johannes de Avinione.	

Pro condicione regali sindici.

Petrus Grimau.	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.	
Guondissalbus Garidelli.	Dertuse.
Gilabertus de Podio.	

Quibus omnibus nominatis superius in dicto Parlamento sedentibus ut est moris, fuerunt ibidem, per Promotores negociorum dicti Parlamenti nonnulla exposita, de quibus Parlamentum nullam fecit delliberationem sed prorrogatum extitit pro se ad diem sabbati de mane in eodem loco.

Ulterius die veneris decima octava mensis decembris anno predicto a nativitate Domini millesimo cccc undecimo pulsata undecima hora et jam vergente ad duodecimam horam meridiey extra Parlamentum ratione ambassiate infrascripte in quadam camera palacii Episcopali civitatis Dertuse, in quo pro nunc reverendissimus dominus Archiepiscopus Terrachone moratur existentes congregati inferius proxime nominati de viginti quatuor personis quibus eligendi nominandi et faciendi huiusmodi ambassiatam per presens Parlamentum plenum et liberum extitit datum posse sub kalendario diey sabbati quinte presentis mensis videlicet: reverendissimus dominus Petrus Archiepiscopus Terrachone, Galcerandus Episcopus Urgellensis, Franciscus Episcopus Barchinone et nobiles et honorabiles viri Petrus de Boscho procurator domini Episcopi et capituli Gerunde, Magister Philippus de Madalia procurator capituli ecclesie Barchinone, Petrus Vicecomes Insule et Caneti, Guillelmus Raymundus de Montechateno, Poncius de Perilionibus, Franciscus de Erillo, Petrus de Cervilione, necnon etiam Ludovicus de Requesens et Dalmacius Çacirera milites, et Johannes Petrus Fahena et Berengarius de Copons domicelli, ac utique Johannes de Plano Barchinone, Petrus

Grimau, Johannes de Ribesaltes Perpiniani, Guondissalbus Garidelli et Gilabertus de Podio Dertuse sindici ac procuratores, qui prenominati habitis semel et pluries diversis colloquiis et parlamentis super presente ambassiata fienda, tandem hac hora Sancti Spiritus gracia ministrante reverendissimus dominus Archiepiscopus Terrachone predictus ordinatione et voluntate predictorum nemine discrepante prorupit effectualiter in his verbis: quod omnes superius nominati auctoritate et potestate ipsis attributis ut pretangitur per Parlamentum concorditer et sine alicuis discrepancia elegerant ambassiatores dicti Parlamenti feliciter accessuros ad Parlamentum regni Aragonum congregatum in villa Alcanicii, reverendissimum Archiepiscopum Terrachone, Magistrum Philippum de Medalia et multum honorabilem Guillermum de Vallesica legum doctorem loco et vice unius nobilis, quem omnes superius nominati expresse voluerunt et dixerunt in honoribus loco voce salario et aliis preheminenciis computari tamquam nobilem et pariter regulari et Azbertum Çatrilla domicellum, necnon Johannem de Plano legum doctorem Barchinone et Johannem de Ribesaltes Perpiniani sindicos et procuratores jam dictos.

Quiquidem reverendissimus dominus Archiepiscopus, dicta et publicata huiusmodi ambassiata, suis verbis finem fecit, et omnes nominati desuper dixerunt nemine discrepante quod dictam et publicatam electionem ambassiate per ipsum reverendissimum dominum Archiepiscopum laudabiliter consentiebant et approbabant, sperantes in Domino Jhesu Cristo quod erit negocio successionis Regie fructuosum.

Ceterum die sabbati decima nona mensis decembris anno predicto convocato et congregato Parlamento in domo capituli Sedis Dertuse in quo fuerunt presentes infranominati.

Pro condicione ecclesiastica.

Petrus Archiepiscopus Terrachone.
Franciscus Episcopus Barchinone.

Frater Marchus Beate Marie de Monteserrato.	Monasteriorum Abbates.
Frater Jacobus Beate Marie Populeti	
Vincencius Agerensis.	

Petrus de Boscho.	Nominibus quibus supra.
Johannes Siurana.	

Raymundus Ferrarii.	Nominibus quibus supra.
Michael Bonfyll.	
Berengarius de Montrava.	

Pro condicione militari.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti.	Nobiles.
Berengarius Arnaldi de Cervilione.	
Franciscus Derill.	
Acardus de Muro.	
Petrus de Cervilione.	
Geraldus de Queralto	

Petrus Splugues procurator egregii domini Comitis de Pradis.
Johannes Miralles procurator domini Comitis de Pallars.

Ludovicus	Milites.
Dalmacius Çacirera	
Galcerandus de Rosanes	
Raymundus de Impuriis.	
Raymundus Çacirera	
Petrus Galcerandus de Cartella. . .	
Berengarius Squerrer.	
Petrus Alanya.	
Berengarius Batle	

Azbertus Çatrilla.	Domicelli.
Simon de Montholiu.	
Johannes Petrus Fahena.	
Michael de Besora	
Berengarius de Copons.	
Johannes de Castro Episcopali . . .	
Marchus de Avinione.	

Pro condicione regali sindici.

Johannes de Plano.	Barchinone.
Raymundus Fivallerii.	
Petrus Grimau.	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.	
Guondissalbus Garidelli.	Dertuse.

Reverendissimus dominus Terrachone predictus verbo dixit effectualiter: quod cum asserat multum relatio fidedigna ambassiatoris regis et aliorum dominorum Francie venientes ad hanc civitatem ratione successionis regie jam a civitate Barchinone recessisse, si esset bonum sive expediens, quod super eorum intrata daretur forma limitata seu modus; et quia jam alias viginti quatuor persone electe per Parlamentum ad plura negocia de hac jam practicaverint fuit in dicto Parlamento lectum quoddam memoriale contentum forme et pratice tenendarum et servandarum ante ingressum portalis huiusmodi civitatis per ambassiatores jam dictos; quod memoriale habet in effectu, quod dicti ambassiatores inter omnes ultra numerum septuaginta personarum non permittant intrare et facere teneantur sequritate quemadmodum ceteri ad huiusmodi Parlamentum venientes facere sunt astricti.

Et statim omnes de dicto Parlamento, dictum memoriale habentes pro bono et pertinenti delliberarunt: quod honorabilis Azbertus Çatrilla domicellus exiret ob viam dictis ambassiatoribus cum littera credencie quam illico mandarunt fieri et expediri, virtute cuius explicaret dictis ambassiatoribus contenta in dicto memoriali, et eis diceret quod dictum Parlamentum certis et debitis salubribus considerationibus hec ordinaverat, quare placeret eis hec cum patiencia tollerari.

Et his peractis, fuit Parlamentum continuatum pro se et prorrogatum ad diem martis proximam in eodem loco.

Postmodum die martis vicesima secunda mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo cccc undecimo, convocato et congregato Parlamento generali Cathalonie Principatus in domo capituli Sedis Dertuse ut est moris affuerunt qui inferius proxime describuntur.

Pro condicione ecclesiastica.

Petrus Archiepiscopus Terrachone.
Galcerandus Episcopus Urgelli.
Franciscus Episcopus Barchinone.

Frater Marchus Beate Marie de Montesserrato..	Monasteriorum Abbates.
Frater Jacobus Sancti Cucufatis.. .	
Frater Jacobus Populeti..	
Vincentius Agerensis.	

Petrus de Bosco..	Nominibus quibus supra.
Johannes Siurana	

Raymundus Ferrarii..	Nominibus quibus supra.
Frater Michael Bonfyll.	
Berengarius de Montrava..	

Pro condicione militari.

Petrus Vicecomes Insule et Caneti.	Nobiles.
Guillelmus Raymundi de Montecateno..	
Berengarius A. de Cervilione. . . .	
Franciscus Derill.	
Acardus de Muro..	
Petrus de Cervilione..	
Bernardus Johannes de Cervilione.	
Simon de Muro..	
Johannes de Erill..	
Raymundus Dorcau.	
Raymundus de Vilanova.	
Petrus Splugues	Nominibus pretactis.
Johannes Miralles.	
Ludovicus de Requesens.	Milites.
Dalmacius Çacirera	
Bartholomeus Aranyo..	
Petrus Galcerandus de Cartella. . .	
Berengarius Squerrer.	
Petrus Alanya.	
Franciscus Ribera.	
Galcerandus de Rosanis..	
Mathias de Podio..	
Berengarius Batle	
Johannes de Boxadors..	Domicelli.
Berengarius de Moncorp.	
Petrus de Miravalls..	
Simon de Montholiu..	
Johannes Petrus Fahena.	
Bernardus de Montredon.	
Dalmacius de Sancto Martino. . . .	

Guillelmus de Montoliu	Domicelli.
Berengarius de Copons.	
Johannes de Castro Episcopali . . .	
Marchus de Avinione.	
Johannes de Avinione..	
Petrus de Vilalba..	

Pro condicione regali sindici.

Johannes de Plano..	Barchinone.
Raymundus Fivaller..	
Petrus Grimau.	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.	
Guondissalbus Garidelli..	Dertuse.
Gilabertus de Podio.	

Quibus omnibus superius nominatis in dicto Parlamento more solito existentibus, multum honorabilis Mathias de Podio miles qui tamquam ambassiator huius Parlamenti ad egregium dominum infantem Castelle iverat, gesta per ipsum in dicta ambassiata verbo statim coram omnibus explicavit effectualiterque dixit: quod ipse quo supra nomine presentaverat protestationem et requisitionem sibi traditam per Parlamentum in scriptis dicto domino infanti Castelle, et de presentatione inde fieri requisiverat et sibi tradi preambulo nomine publicum seu publica instrumenta, et qualiter dictus dominus Infans responsionem sive replicationem jam dicte protestationi fecerat utique in scriptis.

Et explicata per dictum multum honorabilem Mathiam de Podio sua ambassiata verbo ut est dictum, statim tradidit quandam litteram dicti domini infantis Castelle directam Parlamento presenti, que mox lecta ibidem fuit, cuius tenor et primo epigramatis talis est.

A los muy reverendos padres en Christo e a los hotros nobles e honorables personas del Parlamento del Principado de Cathalunya ajustados en el Parlamento de Tortosa.

Reverendos padres en Cristo. Yo el infante don Ferrando, nieto del muy noble rey don Petro de Aragon, que Dios perdone, vos embio mucho saludar e esso mesmo a los otros nobles e honorables personas del Parlamento del Principado de Cathalunya ayuntados en el Parlamento de Tortosa, como aquellos que mucho amo e precio e por quien querria que Dios diesse mucha honra et buena ventura. Fagovos saber

que vi la carta de crehença que a vos plago de me emviar com mossen Macian dez Puechs que a mi embiastes per vuestro embaxador: el qual por virtud de la crehença me [ha] dicho et regracio de vuestra parte que, por ell bien avenir de los negocios de la declaracion de la succesion que se devia fazer desos regnos se podiesse conocer et essaminar liberamente sin temor et terror alguna et veniessedes breumente en conoscencia de vuestro Rey et principe et senyor, me plaguesse de mandar que non entrassen gentes castellanas alguna destos reynos en esse reyno e que la gente de castellanos que agora alla stava mandasse luego salir porque los Parlamentos ayuntados puidessen sint ninguno embargo et temor venir en conoscencia de su Rey e senyor, lo qual ya por otros vuestros embaxadores que a mi haviedes enbiado me haviedes requerido que ficiese assi, e que fasta aqua[1] les talas gientes de nacion castellana que dentro en esto regno eran salidas; e per ende que de vuestra parte me requeria que yo luego sin otra dilacion mandasse que mas gente de nacion castellana non consentiese entrar en esse regno e que los que dentro eram mandasse luego salir et si non que protestava que el dicho Parlamiento de Cathalunya ende proviesse como por razon de justicia deviesse: e que certifficava per vuestra parte e sa mandado fazer a cada uno de los otros competidores este mesmo requerimento. E vista por mi la proposicion et requirimento fetxo por el dicho mossen Macian vuestro embaxador et respondido a aquella en cuanto atanne a los trabajos a qui nos havedes despuesas et expensas que diziedes que haviedes fexo por traher a devida conclusion que este negocio se termina por justicia e del bueno zelo que hoviestes et havedes cerqua de la justicia esto vos agradesco yo mucho. Por en quanto atanen al requerimento que el dicho mossen Macian me fizo de vuestra parte que non consentisse entrar en este regno e los que dentro eran mandasse salir luego, et que esto mesmo requerimiento haviades mandado fazer a los otros competidores, desto yo fui mucho maravellado de vosotros que me embiades requerir tal cosa en caso que por vuestra parte a los otros competidores lo ayades fecho requerir. Las razones por que, son estas: porque vosotros bien sabedes como yo fasta aqui siempre he procurado e procuro porquel este negocio haya bien determinacion por justicia et que siempre fue e es esto mi proposito. Et como seya claro que alguno de los otros competidores hayan fecho municiones et impedimentos por embargar la justicia et hayan sostenido a don Anthon de Luna e a los otros mathadores et culpantes en la muerte tan terrible como fue fecha

[1] *Hasta aqui.*

al archebispo de Saragosa, et como sea notorio en todo esse regno que las gentes que en el entrades en Valencia de los parientes del dicho archibispo non hayan fecho mal, nin dampno, nin sinrazon alguna a ninguna persona nin fecho otras impedimiencias algunas que embargassen la determinacion de la justicia, antes es nothorio e claro que han fecho muy grandes servetchos regeriendo a los de mala intencion et a los tales matadores que non hoviessen logar de fazer semejantes males et han fecho venir, gracias haya nuestro Senyor Dios, este negocio a bueno e devido estado pora que se declare la dicha succession por justicia porque por scritura non podia tan largament declarar e demostravosne buena intencion e proposito que yo hove et he siempre en estos negocios: por ende prestament los embaxadores del Rey mi senyor et mi sobrino et mios que alla stan yran o embiaran a ese Parlamento a vos notifficar et declarar mas larga e complidament mi intencion e voluntad, qual es cerqua del bien publico destos regnos et de la determinacion de la justicia a vos daran mas cumplida resposta et razon al dicho vuestro requirimiento. Et si otras cosas algunas de aca vos plazen que yo buenamientre pueda fazer por honras vuestras, embiatmelas dizir car yo las fare de grado. Dada en la mi vila de Mondeiar siete dias de diziembre.—Jup..... Ana la fiz.—*Yo el Infante.*

Diego Ferrandez de Vadillo, escribano de mi senyor el Infante, por su mandado.

Et illico honorabile Parlamentum legi voluit et mandavit reponsionem dicti domini Infantis factam ut prescribitur requisitioni sibi facte per dictum honorabilem Mattiam de Podio ambassiatorem.

Qua lecta et publicata in dicto Parlamento, honorabilis Berengarius de Montrava officialis domini Episcopi Urgellensis, alter ex promotoribus negociorum Parlamenti dixit promovendo: quod requisicio et utique responsio prenarrate in huiusmodi deberent continuari processu.

Et incontinenti dictum Parlamentum ordinavit et mandavit notariis eiusdem Parlamenti quatenus requisitionem et responsionem antefatas in processu presenti continuarent: quarum tenores per ordinem describuntur.

In Dei nomine amen. Noverint universi presentem seriem inspecturi: quod anno a nativitate Domini millessimo cccc undecimo die vero sabbati quinta mensis decembris hora ultima diei ejusdem, inclito domino Ferdinando infante Castelle in loco de Mondeiar diocesis Toletanensis regnique Castelle cum sua curia residente, honorabilis Mathias de Podio miles embaxiator ad dictum dominum Infantem missus per multum reverendissimos, nobiles ac honorabiles viros dominos de Parlamento

generali Principatus Cathalonie pro nunc congregato in civitate Dertuse in mei Michaelis de Rypis majorem dierum auctoritate apostolica notarii infrascripti qui cum dicto honorabili embaxiatore ad dictum locum veneram pro notario ac egregiorum virorum dominorum don Enrici Magistri de Calatrava, Petri Afan de Rivera adelantado de la Andelozia et reverendi domini Episcopi legionensis, Garcie Ferrandiç Manrique, Diego Fernandiç de Vadillo et Guterrii Diez secretariorum dicti domini Infantis ac Anthonii de Vi domicelli ville Perpiniani presentia, qui quidem dictus Infans una cum omnibus suppranominatis quos ego dictus et subscriptus notarius vocavi atque rogavi ad hec pro testibus presens erat in quodam palacio dicti loci, videlicet in quodam retrocamera ejusdem palacii, explicavit dicto domino Infanti embaxatam suam, factaque explicatione jamdicte embaxiate per dictum honorabilem embaxiatorem, confestim dictus honorabilis embaxiator dixit michi dicto et infrascripto notario hec verba. En notari yo en nom e per part del Parlament de Catalunya per qui som trames al molt alt senyor Infant vos requir axi com a notari apostolical que façats et a mi liurets com lan volre carta publica de la explicacio de la mia embaxada. E mes avant vos requir, axi com a notari damunt dit, que publiquets et intimets a la molt alta e gran senyoria del dit molt magniffic senyor Infant aquesta cedula de paper et les coses en aquella continuades et scrites; tradendo michi dicto notario quandam cedulam papiream, exortationem, requisitionem protestationem et alia in se continentem. Egoque notarius pretactus incontinenti, predictis requisitionibus michi factis, per dictum honorabilem embaxiatorem recepi a manibus ejusdem dictam cedulam, cumque illam et contenta in ea intimare atque legere vellem predicto domino Infanti, petita prius et per me obtenta venia atque licentia, prenarratus dominus Infans dixit michi notario supra et subscripto hec verba vel similia in affectu in suo vulgari. Yo e aquexa cedula per intimada, e donatasmen copia per ço que hi puxa respondra: e per tal com vos sots notari apostolical volria mellor quen hinc haja un altre apostolical de la mia Cort et abduys farets ha mils. Et statim coram se venire fecit discretum virum dominum Nicholaum Ferrandiç clericum Zamorensem notarium apostolicum, et ipso et omnibus predictis testibus presentibus, ego jamdictus notarius ilico tradidi copiam dicto domino Infanti de predicta cedula cum jam illam tenerem perfectam, de quibus omnibus et singulis in factis et sequtis dictus honorabilis ambaxiator requisivit per me fieri ubique nomine jamdicti Parlamenti tradi unum et plura publicum et publica instrumenta presentibus testibus supradictis. Tenor autem pretacte cedule continebatur sub verbis istis talisque erat.

Molt alt e molt maniffich senyor. Com apres la molt dolorosa mort del molt alt e molt excellent princep e senyor lo senyor rey don Martin, de gloriosa memoria, lo Parlament del Principat de Cathalunya ara ajustat en la ciutat de Tortosa ab cura sollicita e fervent studi, no perdonant a treballs et despeses molt grans, zelant per ses innades e intactes feheltat e naturalesa haver conexença de son indubitat Rey princep por lo dret camí de pura justicia, tots temps caminat haja molt treballant et uy sens repos ab los altres Parlaments dels regne a la reyal Corona Darago sotsmeses de tot son saber e sfforç treball en trobar aquella: e con senyor tan alt misteri, com es la discussio de la justicia de la successio de la reyal Corona Darago, requira gran puritat, digesta et madura conexença, ab dilacions necesaries notable solempnitat, libera et tranquilla voluntat et indubitada libertat, segons senyor, vostra gran magnificencia, en la qual la divinal Majestat ha infuses moltes singulars gracias et vertuts, clarament coneix, et armada potencia, senyor, mayorment daquells que pretenen haver dret en la dita successio, sia o puxa esser alarma, terror o temor, la qual poria embaxar o indegudament cuytar o precipitar la dita madura et solemne conexença et afflaquir o deslibertar la voluntat e puritat daquells qui haurien a entendre en la examinacio et disquisicio de la dita justicia, la cual cosa, senyor, en lo divinal sguard es molt carregosa et en lo mon pernicios exemple, mayorment a senyor catholich qui deu esser luminar de operacions virtuoses. Com donques, senyor molt magniffich, ab vostra permissio hajen entrades en lo regne Daragon moltes gents darmes de la nacio castellana et segons comuna fama sen hi speren mes entrar, e vostra senyoria sia stada per missatger del dit Parlament benignament et graciosa pregada, exortada et degudament requesta que li plagues prestament provehir que mes gent darmes en lo dit regne no entras, et aquella qui entrada hi es ne degues exir, e asso, senyor, lo dit Parlament encara no ha pogud obtenir de vostra senyoria, qui ab vostra gran reverencia parlant es cosa de admiracio digna: pero senyor molt maniffich, lo dit Parlament encara confiant de vostra gran justicia et de la sana et santa intencio que tots temps havets hauda e mostrada en los affers de la dita successio e en los cordials amor et affeccio que portats als dits regne et Principat e als naturals de aquells, ab los presents scrits ab deguda reverencia et ab gran affeccio vos prega excita et per justicia vos requer que us placia sens triga provehir et manar que mes gents darmes en lo dit regne Darago no entren et aquelles qui entrades si son, breument ne insquen e que no sia procehit res de fet per que dilacio o destorp en los affers de la dita successio se pogues seguir. E asso, senyor molt magniffich, lo dit

Parlament vos haura a exhuberant gracia e singular benefici del alt misteri de la investigacio per pura justicia fehedora de la successio de la reyal Corona Darago: e si cas era, senyor, so que per alguna manera no es presumidor, que en e sobre les dites coses vostra magnifficencia no volgues o dilatas degudament provehir, yo Mecia dez Puig cavaller embaxador per lo dit Parlament a la dita magnifficencia per asso tremes ab beneplacit e voluntat de aquella, en nom e per part del dit Parlament per descarrech de aquell, a vostra reverencia protest de totes penes e remeys per raho e justicia en semblant cas imposades e permeses. E notiffich, senyor, a vostra senyoria que semblants prechs, exortacions, raquestes e protestacions ha fets lo dit Parlament als altres competitors qui han meses o entenen metre gents darmes en los dits regnes et Principat. Requirentvos, notari que de les dites coses façats e liurets al dit Parlament et a mi en nom de aquell carta et cartes publiques.

Successive vero die lune septima dictorum mensis et anni, hora tertia vel inde circa, predictus dominus Infans in predicto suo palacio jamdicti loci de Mondejar et in predicta retrocamera personaliter existens in mei dicti et infrascripti notarii et horum testium, videlicet dominorum don Enrici Magistri de Calatrava, Petri Affan de Rivera Adelantado de la Andelozia et Garcie Ferrandiç Manrrique, Johannis Alfonsi de Toro legum doctoris, Johannis Vasquez cavallerii, Diego Fernandiç de Vadillo et Guterrii Diez secretariorum dicti domini Infantis presentia, dedidit et tradidit dicto Diego Fernandiz quandam cedulam papiri mandando eidem quatenus ipsa et contenta in eadem legeret et intimaret dicto honorabile ambaxiatori qui ibidem coram dicto domino Infanti presens erat: dictusque Diego, dicto mandato habito, confestim dictam cedulam legit in presentia dictorum testium publice et intimavit dicto domino embaxiatori: et ipsa perlecta et intimata, dictus dominus Infans dixit mihi jamdicto et subscripto notario hec verba in suo vulgari vel similia in affectu. Yo do aquesta resposta a les coses que mossen Macia ma intimades en nom del Parlament de Cathalunya et continuatsla al peu de aquelles sots una matexa carta et darmen hets copia, si mester lan haure. Presentibus testibus superius proxime dictis.

In jamdicta proxime cedula, verba scripta erant sequentia.

El muy alto et muy poderoso et muy sclarecido Principe et senyor Infante don Ferrando, nieto del muy noble rey don Piedro Daragon, que Dios perdone, vista la proposicio et requerimiento que li fue feyto per mossen Macian Despuch en nombre del Parlamento del Principado de Cathalunya e respondiendo al dicho requirimento dihesse: que en cuanto atane a los trebaios a que el dicho Parlamiento diesse que se ha

despuestos et expensas que han feyto por traher a devida conclusion que el negocio de la succession de la Corona reyal Daragon se determene per justicia e del buen zelo que han havido et han cerqua de la justicia, el dicho senyor Infant desse que gelo gradesce: de parte del dicho Parlamento que non consentiesse entrar gentes en el dicho regno e las que dentro eran mandasse salir luego, e que este mesmo requirimiento havia mandado fazer el dicho Parlamento a los competitores, el dicho senyor Infante dize que es mucho maravellado de los del dicho Parlamiento en le embiar requerir. Las razones por que son estas: porque los del dicho Parlamento sabien bien como ell siempre fasta aqui ha procurado et procura por que este negocio haya breve determinacion por justicia e por siempre fue et es esti su proposito: e que como seya claro que alcuno de los otros competidores haya fecho algunos movimientos et impedimientos por embagar la justicia e haya sostenido a don Anthonio de Luna et a los otros matadores et culpantes en muerte tan terrible como fue fecha al archebispo de Caragosa e esto mesmo seya notorio en todo este regno que las gentes que en ell son entrades en Valencia de los parientes del dicho archebispo non haya fecho mal nin danyo ni sinrazon alcuna a ninguna persona nin fecho otros impedimientos algunos que embargassen la determinacion de la justicia, mas antes que es notorio e claro que ha fecho muy grandes servechos, requeriendo a los de mala intencion et a los tales matadores que non hoviessen lugar de fazer semejantes males et que han fecho venir, gracias haya nuestro Senyor Dios, este negocio a bueno e devido stado pera que se declarase la dita successio por justicia. E por ende, porque por scriptura el dicho senyor Infante non podria tan largamente declarar e mostrar a los del dicho Parlamento su buena intencion e proposito que siempre era et ha en estos negocios: por ende dize que prestamente los embaxadores del Rey su senyor et su sobrino et senyors que estan en el dicho reyno iran o embiaran al dicho Parlamento a les notifficar et declarar mas larga et complidament su intencion e voluntat qual es cerqua del bien destos negocios e del buen publico de la Corona del dicho regno e de la determinacion de la justicia, les quales de su parte les deian mas cumplida respuesta et razon al dicho requirimiento a el fecho por el dicho mossen Macian por parte del dicho Parlamento: e que mandava a nos los notarios presentes que pusquessemos esta respuesta al pie del dicho requirimiento.

Que fuerunt acta in dicto loco de Mondejar regni Castelle anno, mense [et] diebus, presentibus predictis ad premissa vocatis specialiter et rogatis prout superius continetur.

Consequenter fuit mandata cautela honorabilibus deputatis generalis Cathalonie quod dictum multum honorabilem Mathia de Podio ad complementum sui salarii hoc modo videlicet quia fuit deductum ad consequentiam quod ambassiatores alii huius Parlamenti qui hoc anno iverant ad dictum dominum Infantem, scilicet nobilis dictus et doctor quinque florenos qualibet die habuerant de salario ista vice, et quod abinde non possit trahi ad consequencia per alios, fiat compotum dicto honorabili Mathia de Podio ad rationem quinque florenorum auri de Aragonia, et notario florinus et medii ut est moris a die qua exiverint a presenti civitate usque in diem in qua regressi fuerint in eandem die qualibet computata.

Insuper fuit habita mencio qualiter honorabilis Bernardus de Gualbis utriusque juris doctor sindicus civitatis Barchinone cui una cum reverendo in Christo patri domino Episcopo Barchinone et honorabili Dalmacio Çacirera militi commisse fuerant per xxiiii^{or} personis electas ad hec per dictum Parlamentum et ad plura alia videlicet taxationes et satisfacciones fiendarum per Parlamentum et honorabilibus promotoribus, jurisperitis, scriptoribus sive notariis et portariis per Parlamentum recesserat ab hac civitate, cuius absentia ad hec facienda procedi non valet. Et statim dictum Parlamentum delliberavit voluit et ordinavit, quod dictus reverendus dominus Episcopus Barchinone et honorabiles Dalmacius Çacirera ambo solum recognoscant labores eorum pro quibus petitur satisfaccio fieri per Parlamentum et demum taxent ipsis ea que eis fuerit benevisa et nomine et auctoritate Parlamenti mandent cautelas quantitatum quas taxaverint illas, et enim nunc pro tunc dictum Parlamentum habet pro mandatis.

Etiam dixit et exposuit honorabilis Raymundus Fiveller sindicus civitatis Barchinone; quod Principatus Cathalonie hic nunc congregatus ex iusto debito tenebatur sibi ad certam peccunie quantitatem, quo circa petebat de hoc comisionem fieri per Parlamentum aliquibus personis eiusdem qui ipsius justiciam audirent et taxari ac solvi facerent, quod esset rationabile atque instum.

Et mox dictum Parlamentum parili modo proxime scripte commisionis factum ipsius honorabilis Raymundi Fivellerii comisserunt dictis reverendo domino Episcopo Barchinone et Dalmacio Çacirera cum potestate utique cautelam mandandi vice nomine et auctoritate Parlamenti quam ad cautelam dictum Parlamentum habet nunc pro tunc pro mandata.

Quibus peractis, dictum Parlamentum fuit continuatum et prorrogatum pro se ad diem crastinam de mane in eodem loco.

Denuo die mercurii vicessima tertia mensis decembris anno predicto a nativitate Domini millesimo cccc undecimo, convocato et congregato Parlamento in domo capituli Sedis Dertuse ut est moris in qua fuerunt presentes inferius nominati.

Pro Condicione ecclesiastica.

Reverendissimi domini:
Petrus Archiepiscopus Terrachone.
Galcerandus Episcopus Urgelli.
Franciscus Episcopus Barchinone.
Frater Marchus Beate Marie Montisserrati.
Frater Jacobus Sancti Cucufatis.. . . . . .
Frater Jacobus Populeti.. . . . . .
Vincentius Agerensis. . . . . .
} Monasteriorum Abbates.
Michael Falco prefato nomine.
Petrus de Boscho.

Frater Johannes Marquesii . . . . . .
Johannes Siurana . . . . . .
Raymundus Ferrarii.. . . . . .
Michael Bonfill. . . . . .
Berengarius de Montrava. . . . . .
} Nominibus precontentis.

Pro Condicione militari.

Petrus Vicecomes Insule.
Guillelmus Raymundi de Montechateno.
Berengarius Arnaldus de Cervilione.
Petrus de Cervilione.
Acardus de Muro.
Martinus Johannes de Cervilione.
Petrus Splugues procurator domini Comitis de Prades.
Johannes Miralles procurator domini Comitis de Pallars.
Berengario de Copons procurator domini Comitis de Cardona.
Gueraldus de Queralt.
Raymundus de Vilanova.

Dalmacius de Ciscar. . . . . .
Bartholomeus Aranyo. . . . . .
} Milites.

Berengarius Batle . . . . . .
Mathias de Podio. . . . . .
Ludovicus de Requesen. . . . . .
Berengarius Squerrer. . . . . .
Petrus Galcerandi de Cartella. . . . . .
Franciscus Çaribera pro se et ut procurator Nicholay de Lupiano. . . . . .
Petrus Alanya. . . . . .
} Milites.

Jaspertus Malat. . . . . .
Marchus Davinyo. . . . . .
Petrus Tallada . . . . . .
Raymundus de Peguera. . . . . .
Guillelmus Aranyo. . . . . .
Petrus de Canadal. . . . . .
Galcerandus Dargentona. . . . . .
Petrus de Fontcuberta . . . . . .
Dalmacius de Bargues. . . . . .
Franciscus Sanc Marti. . . . . .
Guillelmus de Castellet. . . . . .
} Domicelli.

Petrus Çagarriga. . . . . .
Johannes Petrus Fahena. . . . . .
Simon de Montoliu. . . . . .
Johannes de Castellbisbal . . . . . .
Bernardus de Palou. . . . . .
Guillelmus de Montholiu. . . . . .
Petrus de Miravalls . . . . . .
Michael de Besora. . . . . .
Dalmacius de Sancto Martino. . . . . .

Pro Condicione regali.

Sindici honorabiles

Johannes de Plano. . . . . .
Raymundus Fivellerii. . . . . .
} Barchinone.

Franciscus Santaloni . . . . . .
Guillelmus Domenge. . . . . .
} Gerunde.

Petrus Grimau. . . . . .
Johannes de Ribesaltes. . . . . .
} Perpiniani.

Guondissalbus Garidelli. . . . . .
Gilabertus de Podio. . . . . .
} Dertuse.

Quibus omnibus nominatis superius in dicto Parlamento sedentibus et presentibus utique nobili Geraldo Alamani de Cervilione milite Gubernatore Cathalonie et honorabili Francisco Burguesii eius adjuncto, reverendissimus in Christo pater dominus Archiepiscopus Terrachone verbo dixit, effectualiter que sequntur: quod pro salubri et breviori expeditione negociorum successionis regie, que proh dolor a morte domini Regis citra fuerat dilationibus destructivis reypublice dilatata, fuerat ordinata per nonnullos dicti Parlamenti, et ex post per multas notabiles personas eiusdem visa recognita et correcta quedam cedula que si placuerit Parlamento ibidem nunch legetur.

Et statim, ordinacione et mandato totius Parlamenti, fuit dicta cedula lecta et publicata tenorem qui sequitur continens.

Quibus litteris lectis publice in dicto Parlamento, jam dictus reverendus Episcopus Sancti Flori procussit verbo ad explicationem credencie vim preinsertarum litterarum dictis ambassiatoribus premissis, sumendo pro themate, *accipe puerum et matren eius,* dividendum dictum thema in certas partes, quas pluribus auctoritatibus sacre Scripture et juris utique decoravit: dicta vero explicatio seu ambassiata hic non continuatur quia verbaliter id est multum difuse ydiomate gallico fuit dicta.

Et statim, ordinatione dicti Parlamenti, reverendissimus dominus Archiepiscopus Terrachone, explicatis et dictis, per dictum reverendum Episcopum Sancti Flori, fecit verbo responsionem notabilem gratam et acceptam dicto Parlamento, que propter eius responsionis prolixitatem hic non continuatur sed quotiens tam explicatio seu responsio predicte dabuntur in scriptis in huiusmodi processu fiet continuacio earumdem.

Quibus peractis, nobilis Gubernator et eius honorabilis adjunctus per se et Parlamentum per se, cum protestationibus et salvitatibus assuetis hinc inde factis, prorrogarunt et prorrogavit dictum Parlamentum ad diem crastinam de mane.

Preterea die mercurii tricesima mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo XII, convocato et congregato Parlamento in domo capituli ut est moris, fuerunt presentes infrascripti.

Pro Condicione ecclesiastica.

Reverendissimi
Petrus Archiepiscopus Terrachone.
Galcerandus Episcopus Urgelli.
Franciscus Episcopus Barchinone.

Frater Marchus Montisserati....	Monasteriorum Abbates.
Frater Jacobus Populeti.....	
Guillelmus Stagnensis.....	
Vincentius Agerensis.....	

Petrus de Boscho.....	Nominibus quibus supra.
Michael Falco.....	

Frater Johannes Marques.....
Philippus de Medalia.....
Berengarius Serrat.....
Raymundus Ferrarii.....
Berengarius de Montrava..... } Nominibus quibus supra.

Pro Condicione militari.

Honorabiles
Petrus de Fonolleto.
Guillelmus Raymundus de Montechateno.
Franciscus de Erillo.
Petrus de Cervilione.
Johannes Rogerius de Erillo.
Johannes de Miralles quo supra nomine.

Galcerandus de Rosanis.....
Bartholomeus Aranyo.....
Gispertus Malarici.....
Petrus Galcerandus de Cartella... } Milites.

Pro Condicione regali.

Sindici
Johannes de Plano..... } Barchinone.
Raymundus Fivaller.....
Guillelmus Domenge..... } Gerunde.
Franciscus Sançaloni.....
Petrus Grimau..... } Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.....
Guondissalbus Garidelli..... Dertuse.

Quibus omnibus existentibus in dicto Parlamento, fuit habita mencio quod reverendus dominus Episcopus Barchinone cui una cum honorabili Dalmacio Çacirera facta extiterat commissio taxandi satisfactiones et remunerationes Promotoribus negociorum, jurisperitis, nothariis et portariis dicti Parlamenti volebat intervenire in dictis satisfaccionibus et remunerationibus fiendis. Quare, statim dictum Parlamentum comisit de novo sub eisdem forma et potestate quibus proxime nominatis superius fuerat commissum sub kalendario XXII diey mensis currentis

venerabili fratri Marcho Abbate Monasterii Beate Marie Montisserrati et honorabili Dalmacio Çacirera militi et Francisco Sançaloni sindico civitatis Gerunde una cum honorabili Bernardo de Gualbis sindico civitatis Barchinone nunc absente, hoc expresse declarato, quod prenominati in solidum durante absencia dicti honorabilis Bernardi de Gualbis possint vice et auctoritate dicti Parlamenti facere dictas taxationes seu remunerationes, et si quid supererit ad taxandum, quando dictus honorabilis Bernardus de Gualbis presens fuerit tunch interveniat cum eisdem.

Parili modo fuit commissum factum honorabilis Raymundi Fiveller, de quo superius jam fuit facta mencio, prenominatis Abbati et aliis, ita quod faciant justiciam super petitis per dictum honorabilem Raymundum cum potestate etiam, si expedierit, mandandi cautelam quam nunc pro tunc Parlamentum habet pro mandata.

Ulterius, Parlamentum cum concordia nemine discrepante ordinavit et voluit: quod propter multa servicia grata utilia et remunerationis condigna prestita actenus per Comitem Corsice et nobilem Johannes de Istria ipsius comitis fratrem, Corone et sacre dive regie Aragonum et que indefesse prestare non cessant, accomodaretur dicto nobili Johanni de Istria una galera de illis quas tenet Generale Cathalonie in civitate Barchinone et de melioribus bene exarciata et parata in mare in puncto navigandi, ita tamen quod, ante tradicionem, habeatur securitas, videlicet juramenti sollempnioris et homagii a dicto Johanne de Istria quod cum dicta galea quotiens fuerit requisitus ad solidum dicti Generalis serviet in illis partibus quibus dictum Generale duxerit ordinandum, et quod cum eadem nullo umquam tempore faciet seu fieri permittet guerram subditis regie Corone Aragonis nec amicis existentibus quam in pace et treuga cum eisdem, et nichilominus, quod per spatium unius anni postquam fuerit requisitus per dictum Generale restituet eidem dictam galeam nisi rationabile et iustum impedimentum hoc obsistat, cum fraude dampno et maxinationem cessantibus et remotis.

Postea Parlamentum mandavit fieri et expediri in favorem domini nostri Pape quasdam litteras necessarias super libertate solutionis generalitatum intratarum et exitarum Cathalonie Principatus bonorum et rerum ipsius domini nostri Pape exequtorias alterius littere facte tempore Curiarum ultimo per dictum regem Martinum, memorie gloriose, celebratarum in Monasterio fratrum Minorum civitatis Barchinone sub data quinte die octobris anno a nativitate Domini MCCCC nono.

Et ibidem Condicio militaris attendens quod honorabilis Mathias de Podio miles qui loco et vice honorabilis Ludovici de Requesens militis

alterius de viginti quatuor personis electis recesserat utique a presenti civitate Barchinone, iterum loco et vice ipsius honorabilis Ludovici elegit nominavit et posuit honorabilem Petrum de Canadal domicellum ibidem presentem. Qui honorabilis Petrus de Canadal mox, lecta sibi forma juramenti preinserti, juravit super missale ac quatuor Evangelia ac crucem domini nostri Jhesuchristi contenta in dictis juramenti capitulis observare.

Quibus peractis, nobilis Gubernator et eius multum honorabilis adjunctus prorrogarunt per se dictum Parlamentum et fuit etiam dictum Parlamentum per se prorrogatum, cum protestationibus et salvitatibus hinc inde factis et admissis ut est usitatum alias ad diem crastinam de mane in eodem loco.

Deinde jovis tricesima prima et ultima mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo CCCCXII convocato Parlamento in domo dicti capituli ut est moris, affuerunt presentes.

Reverendissimi et honorabiles

Galcerandus Urgelli.	Episcopi.
Franciscus Barchinone.	
Frater Marchus Montisserrati. . . .	Monasteriorum Abbates.
Frater Jacobus Populeti	
Guillelmus Stagnensis..	
Vincentius Agerensis.	
Petrus de Boscho..	Nominibus pretactis.
Michael Falco.	
Frater Johannes Marquesii..	
Magister Philippus de Medalia . . .	
Berengarius Serrati	
Berengarius de Montrava.	

Nobiles et honorabiles viri.

Petrus de Fonolleto.
Guillelmus Raymundi de Montechateno.
Franciscus de Erillo.
Petrus de Cervilione.

Johannes Rogerius de Erillo.
Johannes de Miralles domicellus quo supra nomine.

Dalmacius Çacirera	Milites.
Galcerandus de Rosanis..	
Gispertus Malart.	
Petrus Galcerandus de Cartella. . .	

Raymundus de Sent Marti.	Domicelli.
Marchus Davinyo.	
Johannes Petrus Fahena.	
Petrus de Canadal.	
Berengarius de Moncorb.	
Berengarius de Copons.	
Johannes de Castro Episcopali . . .	
Simon de Montoliu..	

Sindici honorabiles.

Johannes de Plano.	Barchinone.
Raymundus Fiveller.	
Franciscus Sançaloni	Gerunde.
Guillelmus Domenge..	
Petrus Grimau	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.	
Guondissalbus Garidelli.	Dertuse.

Quibus existentibus in dicto domo capituli congregatis, affuerunt honorabilis Petrus Cathalani, Jacobus Pelegrini legum doctores et Ferdinandus de Sant Ramon nuncii Parlamenti regni Valencie in villa de Vinalaroç congregati, qui, nomine et pro parte illius, tradiderunt quandam litteram legendam in huiusmodi Parlamento, cuius tenor et primo epigramatis talis est.

Als molt reverends, egregis, nobles e honorables senyors lo Parlament general del Principat de Cathalunya.

Molt reverends, egregis, nobles e honorables senyors. Instruits plenariament los molt honorables micer Pere Cathala, micer Jacme Pelegri et en Ferrando de Sent Ramon, exhibidors de la present, sobre los affers de la concordia dels nobles e cavallers forans daquest regne explicaran

nostra intencio a les vostres reverencies, nobleses e savieses molt honorables. Per que us pregam molt affectuosament que a les paraules dels dessus dits donets plena fe e crehença sobre los dits affers, axi como si nosaltres personalment les vos dehiem. E si coses algunes, molt reverends, egregis, nobles e honorables senyors, vos son plasents, scrivitsnos en fiablament. E sia vostra guarda Lesperit Sant. Scripta en Vinalaroç e sagellada ab lo segell sacret del reverend Bisbe de Valencia a XXVIII de deembre del any MCCCCXII.—*Lo Parlament general del regne de Valencia apparellat a vostra honor.*

Quaquidem littera lecta, statim honorabilis Petrus Cathala alter ex nunciis prenominatis verbo explicavit suam credenciam de hiis que gesserat dictum Parlamentum regni Valencie pro concordia antefata, que credentia, quia fuit verbo ut predicitur explicata, hic non explicatur sed dixit effectualiter concludendo ordinatione scilicet et mandato illius Parlamenti regni Valencie, quod de omnibus difficultatibus et aliis de quibus non potuerit concordare stabit illud Parlamentum consilio et deliberatione istius Parlamenti. Dixit inquam dictus honorabilis Petrus Cathala, quod ubi barones, nobiles et milites antedicti facerent cessare quascumque novitates que per aliquos ex ipsis sunt necessarie, dictum Parlamentum faceret et procuraret, quod nobilis Gubernator regni Valencie cessaret et supersederet primitus in omnibus processibus exequtionibus et enantamentis contra ipsos et quemlibet ipsorum factis et fiendis; alias non esse rationabile quod ex crescentibus novitatibus, scandalis et variorum criminum parationibus cessare et supersedere in processibus faciendis.

Item factum regni Sardinie superius expressatum, succursus videlicet petiti et instati per nuncios nobilis Nicholoso de Auria, fuit appunctatum certo modo per illos quibus per Parlamentum extiterat datum onus, et tandem facta in Parlamento relationem plenaria de hiis que fuerant appuntata, Parlamentum cum plena concordia comisit omnimode responsionem fiendam ex parte huius Parlamenti dictis nunciis et totalem expeditionem negociorum pro quibus hic remisit extiterant dictis viginti quatuor personis juxta potestatem eis in principali negocio attributam.

Successive vero die sabbati secunda mensis januarii anno proxime dicto a nativitate Domini millesimo CCCCXII convocato et congregato dicto generali Parlamento Cathalonie Principatus in dicta domo jam dicti capituli Sedis Dertuse, ubi jam alias dictum Parlamentum solitum erat convocari ad sonum cuiusdam cimbali ad hec specialiter de-

putati in qua quidem convocatione et congregatione fuerunt personaliter:

Reverendi in Christo patres
Galcerandus Episcopus Urgellensis.
Franciscus Episcopus Barchinonensis.
Frater Marchus Montisserrati. . . .
Guillelmus Stagnensis. . . . . } Monasteriorum Abates.
Vincentius Agerensis. . . . . .
Petrus de Boscho procurator reverendi domini Gerunde Episcopi.
Michael Falco ut vicarius reverendi domini administratoris ecclesie Dertuse.
Frater Johannes Marques procurator reverendi domini Elnensis Episcopi.
Philippus de Medalia procurator capituli ecclesie Barchinone.
Berengarius de Montrava procurator venerabilis Abbatis de Rodis.

Nobiles.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule.
Guillelmus Raymundi de Montechateno.
Franciscus de Erillo.
Petrus de Cervilione.
Raymundus Dorcau.
Johannes de Miralles procurator domini Comitis de Pallas.

Dalmacius Çacirera . . . . . .
Galcerandus de Rosanis. . . . . } Milites.
Petrus Galcerandus de Cartella. . .
Jaspertus Malart . . . . . .

Raymundus de Sent Marti. . . . . .
Marchus Davinyo. . . . . .
Johannes Petrus Fahena. . . . . .
Petrus de Canadal. . . . . } Domicelli.
Berengarius de Moncorb. . . . . .
Berengarius de Copons. . . . . .
Johannes de Castro Episcopali . . .
Simon de Montoliu . . . . . .

Johannes de Plano. . . .	Barchinone..	Sindici.
Raymundus Fivaller. . .		
Guillelmus Domenge. . .	Gerunde.. . .	
Franciscus Sançaloni. . .		
Petrus Grimau.	Perpiniani. .	
Johannes de Ribesaltes..		
Guondissalbus Garidelli.	Dertuse. . . .	

Quibus suis solitis et debitis sedentibus, habito prius colloquio super facto evictionis et defensionis vallis Daran de quo jam pluries in dicto Parlamento mencio habita extiterat, fuit per dictum Parlamentum unanimiter et concorditer dictum factum remissum dictis viginti quatuor personis supra descriptis expediendum et totaliter exequtandum juxta formam potestatis eis per actum Parlamenti attribute, ut constat supra sub kalendario XXIII diey proximi preteriti mensis decembris, dans et concedens dictum Parlamentum dictis viginti quatuor personis in et super dicto facto vallis Daran omnimodam potestatem, tam mandandi cautelam [quam res] alias, cum dependentibus et emergentibus ex eisdem.

Item fuit habita mencio [quod] pro expedicione socursus gentium armigerarum quibus jam inceptus est dari solidus per Generale Cathalonie pro tuicione, conservatione et defensione huiusmodi Principatus, erat necessarium assignari et depputari per dictum Parlamentum quandam ydoneam personam in similibus abilem et expertam ad faciendum et sigillandum albara et alia in et super his necesaria et expedientia; que asignacio et nominacio et diputacio fuit statim remissa cum totali potestate dictis viginti quatuor personis modo et forma proxime dictis.

Et hiis peractis, affuerunt reverendus, egregius, nobiles et honorabiles ambassiatores illustrissimorum principum et dominorum Regis Francie Regis et Regine Jherusalem et Sicilie et aliorum dominorum Francie predicti: qui proposiciones, requisitiones et oblationes per ipsos factas verbo in Parlamento die vicesima nona proxime preteriti mensis octobris obtulerunt et tradiderunt in scriptis in quodam papiri folio vel saltim substancialia ipsorum, tenoris sequentis.

Sequntur requeste et oblationes facte in venerabili Parlamento Cathalonie in civitate Dertuse XXIX mensis decembris anno Domini millesimo quadringentesimo XII, congregato pro et ex parte serenissimorum Principum dominorum Regum Francie, Jherusalem et Sicilie et Regine et illustrissimorum Principum dominorum Ducum Aquitanie et Burgundie.

Prima [requesta est quod] magnifficus et potens dominus Comes Vindocmensis et Geraldus Episcopus Sancti Flori aliique embassiatores Principum et domine predictorum pro parte Principum et domine sumarunt et requisiverunt dictum Parlamentum quatenus solicite et absque fraude intendant ad debitam cognitionem vere justitie per Parlamentum generale regnorum et terrarum Corone Aragonum subjectarum de et super debato juris successionis vestrorum regnorum et terrarum juridice fiendam.

Et hanc requestam amplius declarando dixerunt quod in dicta debita cognitione vere justitie fienda sex requirentur conditiones.

Prima est: quod cognitio vere justitie fiet palam publice et nothorie non occulte, sicut a sanctis Patribus et canonicis et imperialibus constitutionibus est sancitum et ordinatum.

Secunda conditio: quod locus Parlamenti generalis tutus et conveniens assignetur, diesque partibus cum sufficienti intervallo designetur quodque competitorum quilibet ad diem et locum debite evocetur seu saltem ipsis et ipsorum cuilibet dies et locus intimentur, quodque ad plenum partes in jurium suorum deductionem audientur per ad id exequendum ex parte generalis Parlamenti debite deputatos seu depputandos. Hec conditio trimembris convenit omni juri et rationi.

Tertia: quod attenta magnitudine et gravitate causa et competitorum per Parlamentum generale non pauci sed in numero satis grandi et sufficienti debite depputentur qui de super premissis cognoscere, dicere, declarare et alias ordinare debebunt: et videtur, quod numerus duodenus non minor esset sufficiens quoniam, integrissimum est judicium et cetera.

Quarta: quod hi qui per Parlamentum generale ad cognitionem vere justitie debite depputabuntur et eligentur sint viri bone fame et oppinionis, literati et in judiciis experti, nullique partium debite suspecti: et hec sunt conditiones que secundum canonicas et imperiales constitutiones in judicibus vel arbitris solempnibus exhiguntur.

Quinta: quod in cognitione vere justitie cessent omnia et singula per que et jura et alia verissimiliter verentur posse perverti seu differri judicium, sicut odium, timor, favor presertim, et similia: quodque super hiis exhigatur a quolibet eligendorum in judicem vel arbitrum solempne juramentum.

Sexta: quod principales vel eorum ambassiatores et procuratores ad locum et diem eis, ut est premissum, intimandos, vel ad alium locum a loco Parlamenti generalis per unam dietam propinqum, non accedant cum armis nec cum magna gentium comitiva que etiam videretur limit-

tanda ad numerum centum personarum equitaturarum ad plus: quodque competitores qui in persona interfuerint et procuratores absentium cum mandato et potestate speciali suorum dominorum habeant solempniter promittere vovere et jurare quod stabunt dicte declarationi et ordinationi, sicut premittitur et non alias, fiende per depputatos ad id per Parlamentum generale seu dupplo majorem et saniorem ipsorum partem facta comparatione personarum, nec directe per se vel alium ullis unquam temporibus contravenire procurabunt nec contravenient quoquomodo. Quod si singuli competitores hoc debite facere et promitere voluerint servatis per omnia et debite completis conditionibus suppra declaratis in vere justitie recognitione hoc compleri et fieri, predictorum Principum et domine necnon domini Ludovici dictorum Regis et Regine Hierusalem et Sicilie primogeniti nomine ambassiatores predicti afferunt. Iste modus procedendi juridicus videtur vereque tranquillitatis et pacis hujus regie Corone perpetuo inductivus.

Secunda principalis requesta est: quod Parlamentum venerabile Cathalonie roget affective, tam de jure non obedienti audientiam super juris sui prossequtionem denegando, tam etiam de facto, omnes et singulos competitores qui quacumque oratione captata vere vel ficte gentes armorum externas seu regnicolas tenere morari vel intrare fecerint in regnis et terris et dominiis Corone Aragonum et omnes et singulos qui occasionem vel causas sicut gentes armigeras congregandi dederint, ad ejiciendum ipsas extra regna, terras et dominia predicta ut per hec vere justitie recognitio impediri seu retardari queat quoquomodo: tales enim modi justitiam prossequendi omni jure sunt dampnati. Oblatumque fuit Parlamento ex parte dictorum Principum et Domine quod si ad expellendum premissas gentes armigeras auxilio dominorum dictorum et juvamine indiguerint parati sunt et erunt expensis propriis et absque gravamine regnicolarum domini predicti Parlamentum jurare et in gentium armatorum numero per dictum Parlamentum intimando sibi subvenire et super hiis potestas providendi per Principes et dominum premissos concessa et comissa fuit domino Comiti premisso.

Tertia requesta [est]: quod si Parlamentum nollet vel non posset illas gentes armigeras rejicere, vel ad illud faciendum competitorum eas vere vel ficte tendentes debite cogere tolleret et sustineat pacienter, quod predictorum Principum ex parte in hiis regnis, terris et dominiis intrare et morari valeant et possint gentes armorum ad resistendum violentie et oppressioni aliorum competitorum et fortifficandum illos qui ad recognitionem vere justitie debite intendere voluerint: quodque ipsis gentibus armorum ad premisa in hiis partibus intrantibus favorem im-

pendant Parlamentum et incole patrie ut ad ipsorum comodum et conservationem depputatis. Hec requesta equalitatem continet; nec aliter dictorum Principum honor conservari potest.

Oblatum fuit Parlamento: quod eo casu quo, ut premissum est, gentes armorum pro parte Principum dictorum in hiis regnis, terris et dominiis intranssent et procurante Parlamento vel aliis quibusvis ceteri competitores vere vel ficte gentes armorum in his terris tenere vellent, ipsos extra regna et terras et dominia cum afectu et absque fraude ejiceret pariter pro parte Principum fiet et absque ulla contradictione et dilatione quavis.

Insuper, Ambassiatores predicti obtulerunt Parlamento dictorum Principum et Domine ex parte, quod licet luce clarius de omni jure ratione pacto et consuetudine jus [pertinet] succedendi in regnis, terris et dominiis Corone Aragonum subjectis specialiter ad serenissimam Yolandam reginam Hierusalem et Sicilie jamdictam filiam unigenitam preclare memorie domini Johannis Aragonum, ultimi Regis posteritatem habentis, attamen si declarata pro ipsa, ut indubie speratur justitia, tres hujus Corone Aragonum status, attendentes honorum utilitatum excrecentias que inde obvenire Corone Aragonum spe firma sperantur cum per hec sub eodem dominio perpetuo injuncta maneant regna Hierusalem et Sicilie, Ducatus Andegavie et Comitatus Provincie postulaverint humiliter dominum Ludovicum ejusdem Domine primogenitum in ipsorum Regem assummi procurabunt dicti ambassiatores cum effectu quod eadem Domina jus omne quod sibi in Corona competit transferet debite in dictum dominum Ludovicum et consentit quod in Regem et dominum assummatur.

Insuper, casu premissu seu si etiam delliberatio justitie fieret pro illustrissimo jamdicto domino Ludovico, et alias quoquomodo idem dominus Ludovicus in regem assumatur, tradetur idem dominus Ludovicus a principibus et Domina predictis regnicolis, per eos et in moribus eorum ad salutem populi et prosperum ejus regimen educandus et nutriendus.

Quo papiri folio oblato et publicatis contentis in ipso per Berengarium Spigoler notarium predictum, statim dictus reverendus Episcopus Sancti Flori alter ex dictis ambassiatoribus petiit copiam eis fieri atque tradi manu secretariorum huius Parlamenti subscriptam vel subsignatam pro eorum cautela ut dixit, super qua tradenda vel non, dictum Parlamentum retinuit sibi delliberationem.

Item post recessum dictorum ambassiatorum factum a dicta domo capituli, fuit in dicto Parlamentu tradita quedam littera egregii domini Jacobi de Aragonie Comitis Urgelli seriey sequentis.

Als molt reverends, egregis, nobles, honorables e molt cars amichs los del Parlament de Cathalunya.

Molt reverends, egregis, nobles, honorables e molt cars amichs. Certifficamvos com a nos es pervengut com mossen Arnau de Santa Coloma ha pres Castellvi de Rosanes, quens es stat molt greu, per la qual raho decontinent havem trames lamat scuder de casa nostra en Francesch de la Torre al Vezcomte de Castellbo pregantlo de nostra part que no meta gent en aquest Principat per aquesta causa, car si u fahia nons en faria plaher et hauriemhi a provehir degudament. E com nos per lo bo e paciffich stament del ben publich et per obviar als dans, scandels e inconvenients que sen porien seguir recordantsnos que u devem fer per molts sguards nos disponem continuament quel dit castell sia cobrat. Perque, notifficantsvos les dites coses, de les quals scrivim a la ciutat de Barchinona, vos pregam molt affectuosament que en lo dit fet nos donets favor et ajuda sagons de vosaltres indubitadament speram. Dada en Balaguer sots nostre sagell secret a XXVII de dehembre del any M. quatrecents XII.—*Jaime Darago.—Jaime.*

Quaquidem littera in dicto Parlamento aperta et lecta per Johannem des Pujol notarium predictum, statim idem Parlamentum remisit responsionem inde eidem fiendam juxta contenta dictis viginti quatuor personis supra electis et nominatis, que nomine Parlamenti responsionem predictam faciant et expediant juxta eorum potestatem per actum Parlamenti eis attributam.

Et predictis sich actis, Parlamentum per se prorrogavit per semetipsum ad diem lune proximam de mane in eodem loco.

Ad quam die lune de mane quarta mensis januarii antedicti affuerunt dictum Parlamentum facientes et representantes modo, forma et loco solitis hii qui sequuntur.

Reverendi in Christo patres
Galcerandus Urgellensis Episcopus.
Franciscus Barchinone Episcopus.
Frater Marchus Montisserrati. . . .
Vincentius Agerensis. . . . . } Monasteriorum Abates.
Frater Jacobus Populeti.. . . . . .
Petrus de Boscho procurator reverendi domini Gerundensis Episcopi.
Michael Falco vicarius reverendi domini Dertusensis Episcopi Sede vacante.
Frater Johannes Marques procurator reverendi domini Elnensis Episcopi.

Philippus de Medalia procurator capituli ecclesie Barchinone.
Raymundus Ferrarii procurator capituli ecclesie Urgellensis.

Nobiles.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti.
Guillelmus Raymundus de Montechateno.
Franciscus de Erillo.
Petrus de Cervilione.
Johannes Rogerii de Erillo.
Johannes Miralles procurator Comitis Pallariensis.

Raymundus de Bagis.	Milites.
Berengarius Batle.	
Galcerandus de Rosanis.	
Gaspertus Malarici.	

Azbertus Çatrilla.	Domicelli.
Marchus Davinyo.	
Berengarius de Moncorb..	
Simon de Montholiu.	
Petrus de Miravalls.	
Raymundus de Peguera.	
Johannes Petrus Fahena..	
Berengarius de Copons	
Dalmacius de Sancto Martino	
Petrus de Canadal..	
Johannes de Castro Episcopali.	
Michael de Besora..	

Johannes de Plano. . . .	Barchinone..	Sindici.
Bernardus de Gualbis.. .		
Guillelmus Domenge.. .	Gerunde.. . .	
Franciscus Sançaloni. . .		
Petrus Grimau.	Perpiniani. .	
Johannes de Ribesaltes..		
Guondissalbus Garidelli.	Dertuse. . . .	

Et ipsis sic congregatis, fuit lecta quedam littera ambassiatorum regis Castelle residentium in villa Alcanicii regni Aragonis que in efectu ha-

bebat: quod huiusmodi Parlamentum non haberet in admiratione nec alias suspitaretur quod contemptu vel neglectu aliquali ipsi ambassiatores regis Castelle dilataverint, eorum adventum ad hanc civitatem, cum dies sunt transacti quod fuissent nisi obstitissent quidam ictus receptus in pede alterius ex ipsis ambassiatoribus propter quem iter ipsorum arripere non potuerunt sed quam citius curabitur infirmitas ex dicto ictu subsequta ipsi ambassiatores huc advenient Deo duce.

Et statim fuit mandata fieri et expediri littera responsiva dictis ambassiatoribus contentiva quod credebant eorum moram fuisse dilatam ratione dicti ictus et quod quotiens venire decreverint, Parlamentum ipsorum adventum gratum accipiet et aceptum.

Quibus peractis, fuit Parlamentum continuatum et prorrogatum ex se ad diem jovis proxime de mane in eorum loco cum dierum continuatione.

In qua die jovis de mane supra proxime assignata computata septima proxime dictorum mensis et anni, extiterunt personaliter congregati more solito in eadem domo capituli antedicti sequentes scilicet.

Reverendi in Christo patres et domini

Galcerandus Urgelli. . . . . } Episcopi.
Franciscus Barchinone. . . . . }

Frater Marchus Montisserrati. . . . }
Arnaldus Sancti Johannis de Abbatissis. . . . . } Monasteriorum Abbates.
Jacobus Populeti. . . . . }
Vincentius Agerensis. . . . . }

Petrus de Boscho procurator reverendi domini Gerundensis Episcopi.
Michael Falco vicarius qui supra.
Frater Johannes Marques procurator reverendissimi domini Elnensis Episcopi.
Philippus de Medalia procurator capituli ecclesie Barchinone.
Raymundus Ferrarii procurator ecclesie Urgellensis.

Nobiles.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti.
Guillelmus Raymundus de Montechateno.
Petrus de Cervilione.
Johannes Miralles procurator domini Comitis Pallariensis.

Galcerandus de Rosanis. . . . . . Bartholomeus Aranyo. . . . . . Gispertus Malarici . . . . . . Petrus Galcerandus de Cartella. . . . . . Dalmacius Çacirera. . . . . . Franciscus Ribera.. . . . . . Petrus Alanya.	Domicelli (sic).
Azbertus Çatrilla . . . . . . Berengarius de Copons . . . . . . Marchus Davinyo. . . . . . Johannes Petrus Fahena	Domicelli.
Johannes de Plano. . . . Bernardus de Gualbis . . Raymundus Fiveller. . .	Barchinone..
Johannes de Rippisaltis.	Perpiniani. .
Guondissalbus Garidelli.	Dertuse. . . .
	Sindici.

Et sedentibus more et locis solitis, facta primitus promotione de oblatione quam postulabatur fieri amore Dei in auxilium operis turris Sancti Georgii, site ad litus maris collis de Balaguer, dederunt et tribuerunt eidem operi seu eius administratori centum florenos auri de Aragone convertendos in dictum opus et non in alios usus, pro qua quantitate mandarunt dirigenda deputatis Cathalonie Principatus [cautela] ut in forma.

Item fuit ibidem propositum quod, cum die herina recepta extiterit quedam littera per nobilem Johannem de Fuxio Vicecomitem Castriboni Parlamento directa et inde lecta coram illis viginti quatuor personis supra nominatis, in qua videbatur contineri captionem et occupationem factas ex sui parte de castro veteri de Rosanis tamquam de re sua propria et de patrimonio dicti Vicecomitatus contra justiciam eidem sublato, fieret responsio eidem littere qualem decet.

Post hec vero fuit tradita et lecta in Parlamento quedam littera credencie facte et comisse per nobilem virum Vicecomitem de Perilionibus reverendo domino Abbati Sancti Johannis de Abbatissis qui, pro ambassiatore huius Parlamenti, missus fuerat ad egregium dominum Jacobum de Aragonia Comitem Urgelli et ad Gubernatorem et capitaneum generalem Comitatum Rossilionis et Ceritanie causis et rationibus in instruccionibus inde factis expresatis: cuius littere credencie vir-

tute idem reverendus dominus Abbas explicavit verbo gesta per eum in dicta ambassiata ac docuit et hostendit in dicto Parlamento quedam capitula inter dictos Gubernatorem et Capitaneum Rossilionis et Ceritanie ordinata sed non firmata, que fuerunt remissa videnda et recognoscenda ac referendum in Parlamento, reverendo Abbati Stagnensis fratri Johanni Marquesii, Marcho de Avinione, Johanni de Miralles domicellis, Bernardo de Gualbis Barchinone [et] Guondissalbo Garidelli Dertuse sindicis.

Item fuit in dicto Parlamento publicata littera inferius proxime inserenda, queque aperta et lecta fuit dicta die herina eisdem viginti quatuor personis proxime mencionatis, cuius littere epigramatis est tenoris sequentis.

A los muyt reverendos, egregios, nobles e honorables senyors el Parlamento general del Principado de Cathalunya.

Contenta vero intus ipsam sunt seriey sequentis.

Muyt reverendos, egregios, nobles e honorables senyores. Vuestra letra havemos recebido scripta en Tortosa a xxvi del mes e anyo dejus scriptos, continente entre otras cosas la occupacion nuevament feta del cestello de Castellvi de Rosanes et les grandes et notables provisiones por vosotros cerca lo dito fetas, e no resmenos la stabilidad et constancia, no obstant el dito inconvenient, que en el dito acto porque sodes justados havedes, notifficadonos la presta venida de vuestros embaxadores. A la qual letra, muyt reverendos, egregios, nobles e honorables senyores, vos respondemos que nos es desplasent la occupacion e preson del dito castello e serien todos otros inconvenientes e scandalos en aquexo Principado en alguna manera se subseguissen. Creemos certament por vosotros en lo sobredito segund se pertanesse seyer bien provehido, confiantes de vuestras reverencias, noblesas e honorables saviezas quel sobredito caso o inconvenient o otro qualquiera no subvertido ne movida ne sobvertira ne movera vuestra constant e vertadera intencio del present e sobredito caso o tan arduo e tan poderoso negocio, al qual nosotros no contrastantes los inconvenientes que en aquesto regno se son subseguidos ne daqui avant se subseguissen, entendemos con toda pensa e animo prosseguir inquirendo por la carrera de la vertadera justicia com grant e curosa diligencia qui es nostre vertader rey e senyor: ofreciendovos notifficar qualquiera cosa que a vuestro avisamento conexeremos seyer notifficanderas. E havemos sobirana plazer et consolacion de la oferta de la presta venida de vuestra embaxada, la qual vos placia querades con celeridat abreviar, car la dilacion es presta

a grandes inconvenientes e periglos, e la cuyta et festinancia en los presentes negocios es la saludat et bien avenir de la cosa publica de la reyal Corona Daragon, la qual viduada de su indubitado ministro e regidor de solaç et consolacion, es no poco al present freturosa. E hajavos, molt reverentes, egregios, nobles et honorables senyores en sa continua proteccion el Spiritu Sancto. Scripta en Alcanyiz e sellada con el siello del reverend Vispo Doscha, ultima dia de deziembre en el anyo de la natividad de nuestro Senyor MCCCCXII.—*El Parlament general Daragon apparellado a vuestra honor.*

Quibus peractis, dictum Parlamentum fuit per se prorogatum et continuatum in eodem loco ad diem crastinam de mane.

Deinde die veneris octava mensis januarii anno predicto a nativitate Domini millesimo CCCCXII, convocato et congregato Parlamento ut est moris in domo capituli ecclesie Dertusensis affuerunt presentes subscripti.

Reverendissimi domini et honorabiles
Petrus Archiepiscopus Terrachone.
Galcerandus Episcopus Urgelli.
Franciscus Episcopus Barchinone.

Arnaldus Sancti Johannis de Abbatissis. . . . . .
Guillelmus Stagnensis. . . . . .
Vincentius Agerensis. . . . . .
} Monasteriorum Abbates.

Petrus de Boscho. . . . . .
Michael Falco. . . . . .
Frater Johannis Marquesii. . . . . .
Raymundus Ferrarii. . . . . .
Berengarius de Montrava. . . . . .
} Nominibus quibus supra.

Nobiles et honorabiles viri.

Guillelmus Raymundi de Montechateno.
Petrus de Cervilione.

Raymundus de Bagis. . . . . .
Galcerandus de Rosanis. . . . . .
Dalmaicus Çacirera. . . . . .
Franciscus Ribera. . . . . .
} Milites.

Berengarius Batle.	Milites.
Jaspertus Malarici.	

Marchus Davinyo..	Domicelli.
Johannes Petrus Fahena..	
Berengarius de Copons..	
Berengarius de Moncorb..	
Dalmacius de Sancto Martino. . . .	
Simon de Muro..	
Petrus de Canadal.	
Michael de Besora.	
Guillelmus de Sagaro.	
Johannes Dargentona.	

Sindici honorabiles.

Bernardus de Gualbis.	Barchinone.
Raymundus Fivallerii.	
Guillelmus Domenge..	Gerunde.
Franciscus Sançaloni..	
Petrus Grimau.	Perpiniani.
Guondissalbus Garidelli.	Dertuse.

Quibus omnibus in dicto Parlamento sedentibus ut est moris, fuit habita mencio de salubri et sancto opere quod fit in turri Sancti Georgii siti prope collem de Balaguer diocesis Dertusensis. Tamdem Parlamentum voluit ordinavit et mandavit quod, ob reverenciam domini nostri Jhesucristi cuius gracia hec Parlamenti negocia dirigantur, in adjutorium dicti operis dentur de peccuniis Generalis Cathalonie centum floreni auri de Aragonia. Et pro eisdem mandavit fieri et expediri cautelam.

Ulterius fuit comissa ordinanda quedam responsio littere misse hinc Parlamento per Vicecomitem Castriboni super captione castro veteris de Rosanis viginti quatuor personis super facto successionis regie electis ut superius nominatis.

Postea fuit presentata et lecta quedam littera Parlamenti generalis regni Aragonum directa huic Parlamento continens substancialiter quod quam citius quo fieri poterit huiusmodi Parlamentum destinet ad dictum Parlamentum Aragonie suam notabilem ambassiatam pro expe-

diendis preparatoriis justicie successionis Corone regie Aragonum avertendo quanta pericula et scandala causat omnis dilacio predictorum.

Denuo, habitis in dicto Parlamento colloquiis variis super nonnullis ambassiatis fiendis per Parlamentum ad dominos infantem Castelle et Vicecomitem Castriboni ad hoc ut non permittant gentes armigeras intrare patriam istam, tandem Parlamentum comisit expeditionem dictorum ambassiatorum dictis viginti quatuor personis que nomine Parlamenti expediant ambassiatores super inde eligendos tam de instructionibus quam aliia necessariis eisdem.

Et his peractis fuit continuatum Parlamentum per se ad diem crastinam de mane.

Postmodum ipsa eadem die post prandium congregatis in domo reverendissimi domini Archiepiscopi Terrachone viginti quatuor personis predictis sequentibus videlicet.

Reverendissimo domino Archiepiscopo Terrachone.

Galcerandu Urgelli.. . . . . } Episcopis.
Franciscu Barchinone. . . . . }

Fratre Marcho Montisserrati.. . . . } Abbates.
Guillelmo Raymundo Stagnensi. . }

Petro de Boscho procurator domini Episcopi Gerunde..
Narcisso Astrucii procuratore capituli Tarrachone.

Nobilibus

Vicecomite de Insula.
Guillelmo Raymundo de Montechateno.
Petro de Cervilione.
Berengario de Copons procuratore domini Comitis Cardona.
Petro de Canadal pro domino Ludovico de Requesens.
Johanne Petro Fahena procuratore pro domino Raymundo de Bagis.

Honorabilibus

Johanne de Plano. . . . . }
Bernardo de Gualbis.. . . . . } Barchinone.
Raymundo Fivallerii.. . . . . }

Guillelmo Domenge. . . . . } Gerunde.
Francisco Sançaloni. . . . . }

Petro Grimau.. . . . . } Perpiniani.
Johanne de Ribesaltes. . . . . }

Guondissalbo Garidelli.. . . . . Dertuse.

Presentibus pro testibus me Raymundo Bajuli notario ac honorabili Azberto Çatrilla et discretis Johanne Pujol et Berengario Spigoler nota-

rio, dicte persone, nomine et auctoritate Parlamenti et ipsius Parlamenti nomine, dederunt et concesserunt ambassiatoribus, quos dictum Parlamentum destinabat ad Aragonum partes puta reverendissimo domino Archiepiscopo Terrachone et aliis sociis suis in dicta ambassiata potestatem sequentem.

Lo Parlament general del Principat de Cathalunya ajustat en la ciutat de Tortosa done, en plena concordia per totes les Condicions de aquel, al molt reverend pare en Christ lo senyor Archabisbe de Tarragona et als honorables mestre Phelip de Malla, mestre en arts e en Theologia, ardiaca de Panedes en la Seu de Barchinona e procurador del capitol de aquella, per los eclesiastichs, et a micer Guillem de Vallsecca doctor en leys, an Azbert Çatrilla donzel, per los militars, a micer Johan Dezpla doctor en leys de Barchinona et an Johan de Ribesaltes de Perpinya sindichs per les universitats reyals, los quals lo dit Parlament tramet per missatgers en lo regne Darago ampla facultat et plen poder que de e sobre tots e sengles et qualsevol actes necessaris, utils et expedients per venir a la examinacio, discussio, determinacio, declaracio et conexença de la justicia de aquell a qui per la dita justicia se pertany la successio dels regnes e terres de la reyal Corona Darago, axi com son ciutats, viles, lochs o castells o algun de aquelles, en los quals o qual la examinacio, declaracio, conexença o determinacio de la dita justicia se haura a fer e del temps o dia ques haura fer e de la manera, forma et termens com se deura procehir e provehir e enantar en lo dit fet et de seguretats de la ciutat, vila o loch o castell o persones hon se fara o qui faran la dita declaracio o determinacio o de totes persones et provisions e poders et actes a les dites seguretats qualsevol generalment necessaris: e encara de nombre quasevol de persones qui faram la dita examinacio, declaracio o determinacio e publicacio per justicia, e del poder de aquelles, de intimacio e notifficacions o requisicions e protestacions als competitores, e altres quasevol coses encara que aci no sien distinctament expressades quines se vulla sien toquant et concernents los dits preparatoris o disposicions; exceptada tant solament la nominacio de les persones qui faran o hauran a fer la declaracio, determinacio, discisio o publicacio o manifestacio de la dita justicia, la qual nominacio lo dit Parlament expressament et solament se reserva; pusquen tractar, praticar et menejar ab los altres regnes et terres de la Corona reyal Darago ensemps o departidament o persones qualsevol representants aquells e daquelles coses dels dits preparatoris e disposicions et tots los dits missatgers se concordaran finar, concordar, determenar, consentir, cloure, fermar et

obligar et aquelles executar, e sobre los dits preparatoris e disposicions et altres qualsevol coses toquants o concernents aquellas segons dit es fermar e finar prometre e jurar en non del dit Parlament qualsevol capitols, pactes, ordinacions o actes e qualsevol cartes publiques et de aquen sien necessaries, utils o expedients de fer ab totes penes, stipulacions, provisions e obligacions et altres qualsevol clausules necessaries e opportunes e si mester sera dissentir, protestar et requerir e fer cartes publiques: car lo dit Parlament fa los dits missatgers els constituex actors sindichs, yconoms e procuradors seus et del dit Principat sobre les dites coses et qualsevol de aquelles, e exceptada tan solament la nominacio de les persones qui han a fer la nominacio e declaracio de la dita justicia segons dit es, els dona liberal, francha, general, plena e plenissima autoritat, facultat e potestat de e sobre aquelles: e promet lo dit Parlament haver per ferm valid e agradable tot ço que per los dits missatgers concordablament en e sobre les dites coses sera fet, promes, stipulat, fermat e obligat en qualsevol manera e no contravenir a fer james per alguna causa o raho: fahent lo dit Parlament acte solempne de les dites coses e volent quen sien fetes tantes cartes publiques como necessari sera.

Dictus autem vir dominus Vicecomes de Insula dixit, in premissis omnibus consentire, dempta potestate dictis ambassiatoribus attributa super numero personarum eligendarum ut prefertur, in quo numero ipse contradicebat, volens quod ad partem sibi fiat instrumentum.

Presentibus testibus supradictis.

Dictus honorabilis Guondissalbus Garidelli sindicus Dertuse consensit in omnibus supradictis et insertis, sed volebat consultare principales eius videlicet Procuratores civitatis Dertuse ad maiorem cautelam cum jam de predictis loquutus fuisset eisdem et fuisset in honestum si absque ipsorum responsione consentiret.

Presentibus supradictis.

In qua die crastina que fuit dies sabbati nona mensis januarii anno predicto millesimo cccc duodecimo, convocato et congregato Parlamento in domo jam dicta affuerunt presentes.

Reverendissimus dominus Archiepiscopus Terrachone.

Galcerandus Urgelli. . . . . } Episcopi.
Franciscus Barchinone.. . . . . }

Frater Marchus Montisserrati. . . .
Arnaldus Sancti Johannis de Abbatissis. . . . . .
Frater Jacobus Populeti. . . . . .
Vincentius Agerensis. . . . . .
} Monasteriorum Abbates.

Petrus de Boscho procurator reverendi domini Episcopi Gerundensis.
Michael Falco vicarius predictus.
Frater Johannes Marques procurator reverendi domini Elnensis Episcopi.
Philippus de Medalia procurator capituli ecclesie Barchinone.
Raymundus Ferrarii procurator capituli ecclesie Urgellensis.

Nobiles et honorabiles viri.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti.
Guillelmus Raymundus de Montechateno.
Petrus de Cervilione.
Johannes Miralles procurator domini Comitis Pallariensis.

Galcerandus de Rosanis. . . . . .
Bartholomeus Aranyo. . . . . .
Jaspertus Malarici. . . . . .
Petrus Galcerandus Cartella.. . . .
Dalmacius Çacirera.. . . . . .
Franciscus Ribera. . . . . .
Petrus Alanya. . . . . .
} Milites.

Azbertus Çatrilla. . . . . .
Berengarius de Copons. . . . . .
Marchus Davinyo.. . . . . .
Johannes Petri Fahena.. . . . . .
} Domicelli.

Sindici honorabiles.

Johannes de Plano. . . . . .
Bernardus de Gualbis. . . . . .
Raymundus Fivallerii. . . . . .
} Barchinone.

Petrus Grimau. . . . . .
Johannes de Ribesaltes. . . . . .
} Perpiniani.

Guondissalbus Garidelli. . . . . Dertuse.

Quibus omnibus congregatis et locis sedentibus asuetibus, affuerunt in dicto Parlamento nobilis Johannes de Istria et etiam ambassiatores nobilis Nicholay de Auria.

Et dictus nobilis Johannes de Istria, quia Parlamentum acomodaverat eidem quandam galeam que est Generalis Cathalonie exarciate vigore cuiusdam conventionis in actu dicti acomodati concordati inter Parlamentum ex parte una et dictum nobilem Johannem de Istria de tornando eam dicto Generali juravit ad Sancta Dei quatuor Evangelia ceteris inde sacris scripturis, quod infra unum annum abinde continue numerandum postquam nomine et pro parte Cathalonie fuerit personaliter requisitus, justo tamen impedimento cessante, restituet et tornabit dicto Generali vel alicui galeam sibi ut predicitur acomodatam.

Testes inde fuerunt presentes Bernardus Cervera et Johannes Vehi portarii.

Item etiam dictus nobilis Johannis de Istria prestitit juramentum ad Sancta Dei quatuor Evangelia in posse notariorum Parlamenti et homagium in posse nobilis Gubernatoris Cathalonie ibidem presentis, quod quociescumque dum ipse tenebit ipsam galeam armatam et Generale predictum habebit ipsam necesse habeat illam ponere et mittere ad servicium dicti Generalis dum tamen Generale predictum tribuet sibi seu dicte galee suum solidum sive *sou*. Et hec promisit facere omni fraude et iusto impedimento cessantibus quibusvis favore, racione, rencore, odio, timore et amore proculdubio et rejectis.

Testes etiam fuerunt ad hec proxime scripti.

Post hec fuit mandata cautela pro Berengario de Montrava, Azberto Çatrilla et Johanne de Ribesaltes procurathoribus dicti Parlamenti de ducentis florenis per eos convertendis in salariis et missionibus cursorum esploratorum sibe *espies* fienda ut in forma.

Et hiis peractis, nobilis Gubernator et honorabilis Franciscus Burgues eius adjunctus per se et Parlamentum per se cum protestationibus salvitatibus et retentionibus assuetis, continuarunt et prorrogarunt dictum Parlamentum ad diem lune proxime de mane.

Ceterum die lune undecima mensis januarii anno predicto millesimo quadringentesimo XII assignata ad continuationem et celebrationem dicti Parlamenti affuerunt in eodem in domo capituli preexpressa

Petrus Archiepiscopus Terrachone.
Galcerandus Episcopus Urgelli.
Franciscus Episcopus Barchinone.

Arnaldus Sancti Johannis de Abbatissis.	Monasteriorum Abbates.
Guillelmus Stagnensis.	
Vincentius Agerensis	

Petrus de Boscho.	Nominibus quibus supra.
Michael Falco..	
Frater Johannes Marques.	
Raymundus Ferrarii.	
Berengarius de Muntrava.	

Nobiles et honorabiles viri.

Guillelmus Raymundus de Montechateno.
Petrus de Cervilione.

Raymundus de Bagis..	Milites.
Galcerandus de Rosanis.	
Dalmacius Çacirera	
Franciscus Ribera.	
Petrus Alanya	
Berengarius Batle..	
Jaspertus Malarici.	

Marchus Davinyo..	Domicelli.
Johannes Petrus Fahena..	
Berengarius de Copons..	
Berengarius de Moncorb..	
Dalmacius de Sancto Martino. . . .	
Petrus de Canadal.	
Michael de Besora.	
Guillelmus de Segarro..	
Johannes Dargentona	

Sindici honorabiles.

Bernardus de Gualbis.	Barchinone.
Raymundus Fivallerii.	
Guillelmus Domenge..	Gerunde.

Petrus Grimau. . . . . } Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes. . . . . }

Quibus omnibus in dicto Parlamento sedentibus ut est moris, dictum Parlamentum, considerans ut dixit quod prenominati reverendissimus dominus Archiepiscopus Terrachone et alii ambassiatores superius nominati et electi qui sunt accesuri pro dictis tractandis faciendis et concludendis preparatoriis justicie regie successionis jam dicte, erant expediti de memorialibus potestate et aliis necessariis pro exequtione ambassiate predicte et negociorum que erant pro huiusmodi Parlamento gestorum cum Parlamento regni Aragonum, etc. ordinavit, quod per quemlibet superius nominatorum fiat et prestetur juramentum sollemp ne, quod ibidem positum [est] et redactum in scriptis sub hac forma.

Yo aytal faç sacrament sobre la creu et los Sants Evangelis de Deu en presencia del Parlament general que en aquesta embaxada o missatgeria, en la qual son per lo dit Parlament tremes, yo usare del poder a mi donat et treballare et obrare be et leyalment a bo e sa enteniment a fi que hajam Rey e senyor per justicia lo pus prestament que bonament fer se puscha, et procurar de nostro poder lo servey et honor de la Corona reyal et la comuna utilitat et honor de la cosa publicha del Principat de Cathalunya e no dire ne fare res scientment ni maliciosa qui fos contra les dites coses.

Item: que directament ni indirecta durant la dita missatgeria per mi ni per altre no pendre ni acceptare de algun dels competitors de la dita Corona offici ni beneffici, ni do o present algun, ni promissio o sperança de aquells.

Item: que si per algun dels competitors o per part de aquells me sera scrit o mogut algun tracte, tantost que bonament puscha o revelare tal letra o tracte en aquells qui son mos companyons en la dita embaxada.

Item: que tendre secret tot ço et quant mos companyons et per mi o per la major part sera continuat, comanat o delliberat que deja esser secret.

Qua quidem forma incontinenti lecta juramenti per omnes dicti Parlamenti approbata, statim dictus reverendissimus dominus Archiepiscopus Terrachone super missali et scripturis sacrorum Evangeliorum ac cruce domini nostri Jhesucristi fecit et solempniter prestitit dictum juramentum. Et ad idem fecerunt singulariter honorabilis Magister Philippus de Medalia, Azbertus Çatrilla domicellus, Johannes de Plano et Johannes de Ribesaltes ambassiatores precontenti.

Item, fuit mandata fieri et expediri littera ex parte dicti Parlamenti domino nostro Pape continens, quod placeat Sue Sanctitati ad dictum Parlamentum Aragonum aliquam notabilem personam pro ambassiatore destinare pro faciendo, tractando et alias operando omne salubre bonum quod poterit, in negociis huiusmodi ambassiatam tangentibus.

Et hiis peractis, Parlamentum fuit continuatum per se ad diem crastinam de mane in eodem loco.

Denuo die martis duodecimo mensis januarii anno predicto a nativitate Domini millesimo quadringentesimo XII, convocato et congregato Parlamento in domo capituli antedicti ut est moris affuerunt infrascripti.

Reverendissimi et honorabiles

Petrus Archiepiscopus Terrachone.

Galcerandus Urgelli. . . . . } Episcopi.
Franciscus Barchinone.. . . . . }

Arnaldus Sancti Johannis de Abbatissis. . . . . } Monasteriorum Abbates.
Guillelmus Stagnensis. . . . . }
Vincentius Agerensis.. . . . . }

Petrus de Boscho. . . . . } Nominibus quibus supra.
Michael Falcho. . . . . }
Frater Johannes Marques. . . . . }
Philippus de Medalia.. . . . . }
Raymundus Ferrarii. . . . . }
Berengarius de Montrava. . . . . }

Nobiles et honorabiles viri.

Guillelmus Raymundi de Montechateno.

Petrus de Cervilione.

Et continuo honorabilis Raymundus de Bagis miles proposuit et mentionem fecit in eodem Parlamento: quod cum diu est dominus rex Navarre misisset duos milites tamquam nuncios et ambassiatores suos ad illustrem dominam reginam Blancham serenissimi domini Martini alte recordationis Sicilie regis relictam in Insula Sicilie, quodque ipsa domina regina Blancha remitteret ad dictum dominum regem Navarre patrem eius alterum ex dictis militibus tamquam nuncium seu ambassiatorem per eandem dominam Reginam ad dictum dominum Regem destinatum, transeundo per terram nobilis Bernardi de Capraria fuit captus detentus et arrestatus et detinetur etiam de presenti una cum omnibus litteris, scripturis, auro, argento, jocalibus, equitaturis et aliis bonis omnibus que secum ferebat per nobilem Bernardum de Crudillis dicentem se procuratorem nobilis Bernardi de Capraria predicti. Quare, cum non sit decens nuncios tantorum dominorum per quos et ad quas mittuntur debere detinere seu in aliquo impediri, supplicavit et requisivit Parlamentum quod ipsum militem, quam citius fieri poterit, delliberari faciat, illud saltem provideatur quod non ponatur vexari indebite, ymo videre faciant sine dilatione si in aliquo tenetur propter quod dimitti non debeat, et si inveniatur culpe subiectus faciat contra ipsum militem enantamenta necessaria juxta reperta, et pro isto interim scribatur dicto nobili Berengario de Crudiliis quod ipsum remittat bene custoditum Parlamento predicto seu nobili Gubernatori Cathalonie in hac civitate residenti.

Et statim, facto fine per dictum honorabilem Raymundum de Bagis suis verbis, honorabilis Bernardus de Gualbis unus ex sindicis civitatis Barchinone ad sua verba prorupit dicens: quod ea que dictus honorabilis Raymundus de Bagis proposuerat erant vera et quod honorabiles consiliarii civitatis Barchinone sibi et aliis sociis in dicto sindicatu scripserant super captione dicti militis et transmiserant eis certas copias nonnullarum scripturarum ex illis quas dictus miles deferebat, notificantes predictis nunciis quod ea omnia publicarent in Parlamento et cum personis eiusdem comunicarent et per ipsum Parlamentum providere facerent circa liberationem militis nuncii predicti.

Quibus sic dictis, Parlamentum predictum remisit predicta recognoscenda et providenda viginti quatuor personis per actum Parlamenti

electis sub kalendario XXIII diey mensis decembris proxime lapsi cum illa et eadem potestate quam per actum dicti Parlamenti eis dictum Parlamentum atribuit.

Preterea fuit lecta in eodem Parlamento quedam littera per honorabilem Berengarium de Ulmis militem tradita, et legi in eodem Parlamento requisita huiusmodi seriey.

Als molt reverents, egregis, nobles et honorables senyors lo Parlament general de Cathalunya.

Molt reverents, egregis, nobles e honorables senyors. Nosaltres havem informat lo honorable mossen Berenguer Dolms qui va aqui a vosaltres senyors de vostra intencio sobre diverses coses a vosaltres explicadores qui toquen gran conservacio, reparacio, utilitat et augmentacio del General de Cathalunya, en praticar de les quals coses qui requeren gran celeritat e cuytar lo dit mossen Berenguer es entrevengut aci ab nosaltres en una de les sis persones per vosaltres, senyors, eletes e a nosaltres deputats adjunctes; perque, placia us senyors, que a tot ço lo que dit mossen Berenguer vos dira de nostra part sobre les dites coses donets plena fe e creença axi com si nosaltres personalment vos les dehiem, e a expedicio de aquelles vullats entendre continuament sens altre lonch intermedi a fi que los affers del dit General, qui ja per alguna dilacio dada per vosaltres senyors comencen a cessar en lur expedicio, no prenguen daquiavant altre tarda o dilacio alguna. Et sia, molt reverents, egregis, nobles e honorables senyors, Lesperit Sant en vostra guarda. Scrita en Barchinona a XIX dies de janer del any mil CCCCXII.—*Los Deputats del General de Cathalunya e les VI persones a ells adjunctes a vostra honor apparellats.*

Post cuiusquidem littere lectionem et publicationem idem honorabilis Berengarius de Ulmis verbo explicavit in parte sua credentiam sibi ut dixit cum dicta littera commissam, quare hic non continuatur.

Dixit ulterius extra credentiam: quod cum in dicto Parlamento facta fuerint diversa acta absente nobili Berengario de Capraria que forte preiudicialia possent esse libertatibus dicti nobilis, ipse nomine procuratorio dicti nobilis non consentiebat ymo dissentiebat eisdem, petens sibi dicto nomine et dicto suo principali fieri publicum instrumentum. Et fuit dictum per reverendum Episcopum Urgelli nomine Parlamenti, quod idem venerabilis Berengarius de Ulmis dissentimentum predictum daret in scriptis prout obtulit se daturum notariis dicti Parlamenti.

Insuper, honorabilis Bonanatus Petri unus ex sindicis civitatis Barchinone qui diebus non longe preteritis tamquam ambassiator ipsius Par-

lamenti missus fuerat apud regnum Valencie super concordia inter Parlamentum dicti regni et aliquos nobiles, milites et homines de paratico eiusdem regni vocatos los *forans* tractata et concordata sed non firmata, fecit verbo relationem de his que in dicta ambassiata peregerat ipsam ut dixit latissime explicando. Et quia non aliter quam verbo fuit explicata, hic non fuit etiam aliter continuata.

Et incontinenti fuit per dictum Parlamentum mandata fieri cautela dicto honorabili Bonanato Petri de et pro tempore que stetit in dicta ambassiata et etiam notario de tempore quo interfuit in ea.

Demum autem fuit lecta in eodem Parlamento quedam littera huiusmodi seriey.

Als molt reverents, nobles e honorables senyors del Parlamento general de Cathalunya.

Molt reverents e nobles honorables senyors. Yo he informat largament de ma intencio lo honorable micer Bonanat Pere sobre los fets de la Reyna ma filla, per ques prech molt affectuosament tant com puix ni se que vullats donar fe e creença al dit micer Bonanat sobre la informacio a ell per mi feta, e haver los dits fets per recomanats axi com yo confiu de vosaltres, offerintme a vosaltres en tot ço e quant pogues fer per vostra honor e per be avenir de aquella. E si negunes coses, molt reverents, nobles e honorables senyors, vos plaen que yo puxa fer, scrivits men, car de bon grat ho complire. E sia lo Sant Sperit vostra guarda. Scrita en Murvedre a XXIII de janer.—*Johana de Prades apparellada a vostra honor.*

Cuiusquidem littere credencie vigore, idem honorabilis Bonanatus Petri suam verbo credentiam explicavit continentem in effectu: quod illustrissima domina regina Margarita serenissimi domini Martini recordationis eximie relicta vult et intendit venire pro suis juribus prosequendis apud Parlamenta Aragonum, Valencie et Principatus Cathalonie et quod super hoc vult habere consilium Parlamenti predicti Cathalonie Principatus, quare deprecabatur dictum Parlamentum quod dictam dominam reginam Margaritam consulerent super predictis.

Fuitque ulterius lecta in dicto Parlamento quedam alia littera huiusmodi seriey.

Als molt reverents, nobles e honorables senyors lo Parlament general del Principat de Cathalunya.

Molt reverents, nobles e honorables senyors. Ab un correu, lo qual degues haver aqui divendres a XXVIII del present mes al sol post, vos havem scrit com haviem proseguits los affers de que us havia plagut

donarnos carrech, ab diligencia e gran cura et com teniem aquells en punt de prestament concordar o de rompre, pregantvos en conclusio que com lo honorable micer Guillem de Vallsecha no hagues feta, e fer gran fretura, vos plagues si lo dit micer Guillem era partit de aqui, trametre li correu que cuytas lo pus prest que pogues, e si partit no era trametre aci alguna persona en loch seu o remetre lo poder a nosaltres, com los affers fossen posats en tal punt que no podien soferir ni esperar dilacio alguna. De aqueixa letra, molt reverents, nobles e honorables senyors, no havem cobrada resposta, ni de la venguda del dit micer Guillem havem sabut ni sabem res, de que som molt maravellats. E com los affers per gracia de nostre senyor Deus sien concordats e appuntats, exceptada nominacio de persones, en tal manera que creem fermament que vosaltres e tots altres ne serets contents, e no reste sino fermar les coses concordades, e en la triga o dilacio haia gran perill: per ço, senyors molt reverends, nobles e honorables, avisantsvos de les dites coses, vos pregam e us consellam que de continent vullats aci trametre e lo consentiment del dit micer Guillem en ço que nosaltres farem, o persona que nit e dia vinga aci per soplir lo loch e poder del dit micer Guillem, o remetre a nosaltres lo poder de finar e fermar. Car de tot cert vos certificam que aquests affers per molts sguarts son en punt que nos poden gens dilatar, e que si de continent nos ferman seria perdrels de tot. Placia us senyors de continent provehir sobre aço en tal manera que ab bona conclusio nos en puxam prestament tornar e que no ajam a partir daci romputs ni sens bona conclusio; car nosaltres nos descarregam ab la present letra e us avisam que de la ruptura de aquests affers la qual se seguira si prestament no y es provehit se seguiran grans inconvenients a carrech de qui dilatara fermar aquells, e no pora esser imputat a nosaltres qui havem aquells aportats per gracia de Deu en bon punt. Et sia molt reverents, nobles e honorables senyors, lo Sant Sperit vostra guarda. Scrita en Alcanyiç a XXXI de janer del any MCCCCXII.—*Larquebisbe de Tarragona els altres vostres missatgers en Arago trameses apparellats a vostra honor.*

Et lecta ipsa littera, nobilis Gubernator et eius adjunctus per se et Parlamentum per se, prorrogavit et continuavit eundem Parlamentum cum protestationibus, salvitatibus, condicionibus et retentionibus suprafatis retentis et factis, ad diem mercurii proxime de mane loco et mane solitis.

Prorogato itaque Parlamento jam dicto ut superius continetur post pusillum XXIIII persone ibidem in dicta domo capituli remanserunt pro

providendo juxta potestatem per actum Parlamenti eis attributam circa propositam per honorabilem Berengarium de Muntrava in Parlamento die xxx januarii proxime preterita et contenta in litteris per nuncios dicti Principatus Cathalonie ad Alcanicium destinatos missis huic Parlamento super facto predicto que fuerunt per dictum Parlamentum concorditer eis remissa die presenti.

Et post modicum intervallum, quelibet Condicio ex ipsis xxiiii se apartavit ad partem pro delliberando super eis. Et habitis inter se diversis rationibus super jam dictis proposicione et litteris habitoque respectu ad indispositionem persone dicti honorabilis Guillelmi de Vallesicca pacientis dolores maximos et considerata qualitate negotiorum que tam magnam accelerationem requirent quod maiorem non possunt, concorditer et delliberate elegerunt de novo ambassiatorem et nuncium dicti Principatus una cum aliis ambassiatoribus dicti Parlamenti seu Principatus jam in villa Alcanicii residentibus nobilem Berengarium Arnaldi de Cervilione militem, sub eisdem modo forma potestate et aliis continentiis et pertinenciis cum quibus dicti ambassiatores et honorabilis Guillelmus de Vallesicca fuerunt electi.

Quo facto mandavit nomine Parlamenti fieri et expediri duas litteras que illico fuerunt expedite sub forma sequenti.

Al molt noble mossen Berenguer Arnau de Cervello.

Molt noble mossen. Axi com sab vostra gran noblesa lo honorable micer Guillem de Vallsecha fon elegit per lo Parlament en loch veu salari e preheminencies de baro per anar ensemps ab los altres missatgers al Parlament Darago. E com haia plagut a nostre Senyor Deu quel dit micer Guillem per indisposicio de gran malaltia e dolor de sa persona no pot anar a la dita embaxada a gran perill dels affers per que son stats destinats segons pora veure vostra gran noblesa en lo trasllat de la letra que us trametem dins la present interclus. On com, mossen, lo Parlament en plena concordia confian de vostra gran promenia vos haia elegit per embaxador en los dits affers, vos consellam e us encarregam que per benefici de tant alt misteri de la successio reyal prestament de nit e de dia yvarçosament vullats açi continuar vostre cami: vostra gran noblesa sens falta considerara quanta necessitat importa vostra presta venguda e quants irreparables perills importaria la tarda. E tingue us Lesperit Sant en sa guarda. Dada en Tortosa sots lo sagell del reverent Bisbe Durgell de ordinacio del dit Parlament lo primer dia de febrer del any MCCCCXII.—*Lo Parlament general del Principat de Cathalunya apparellat a vostra honor.*

Als molt reverents e honorables senyors los missatgers del Principat de Cathalunya tramesos al Parlament general Darago.

Molt reverent et honorables senyors. Veents la indisposicio de la persona de micer Guillem de Vallsecha per anar aqui, ab sobirana instancia e cura havem instats e encarreguats los barons e nobles homens quels plagues condescendre en algun dels partits en vostres letres mencionats, e tocats ells a la fi en alguna manera no y donaren loch sino que y elegissem un altre en missatger, lo qual havia esser baro e noble per certes rahons que allegaven, les quals no curam explicar. E nosaltres continuan nostres congoxoses instancies que pus als no si podia fer prestament nomenassen alguna persona elegidora per lo Parlament e al Parlament Darago trametedora, la qual ensemps ab vosaltres pogues procehir avant en los affers menejats. Perque vuy una hora passat mig jorn en plena concordia lo Parlament o les XXIIII persones migançant la gracia divinal han elegit lo molt noble mossen Berenguer Arnau de Cervello, al qual lo dit Parlament scriu segons veurets en lo transllat dins la present interclus; e a part li scriu son frare mossen Pere de Cervelle per sa letra, e axi mateix los barons e nobles homens aci presents scriven ab correu volant quel dit noble de nit e de dia sia aci per aquesta raho; perque, senyors molt reverents e honorables, notificantvos açò vos pregam e encarregam tan affectuosament com sabem e podem que ab aquelles pus dolces savies e pertinents maneres [que] sabrets e porets vos placia exhortar e pregar a aqueix senyors del Parlament Darago que donen paciencia a aquesta breu dilacio, la qual es estada necessaria e per molts sguards deu esser tollerada, maiorment com en Francesch Sanceloni sia anat per part de aquest Parlament al Parlament del regne de Valencia justat a Vinalaroç e als barons, nobles e gentils homens del dit regne ajustats a la vila de Trayguera e nos sap hom que respondran, e rahonablament degues esser esperada lur resposta. Et tingueus, senyors molt reverent e honorables, en sa guarda la Deitat santa. Dada en Tortosa lo primer dia de febrer del any MCCCCXII.—*Lo Parlament general del Principat de Cathalunya apparellat a vostra honor* [1].

[2] Ulterius vero martis secunda mensis ffebroarii intitulata anno a nativitate Domini millesimo quadringentessimo duodecimo quia cum magna properatione applicuit ad hanc civitatem quidam cursor portans litteras dictorum reverendi et honorabilium ambaxiatorum in villa Alcanicii residentium, fuerunt convocate et congregate dicte viginti

[1] Con estas palabras concluye el tomo XVIII de los *Procesos de Cortes.*

[2] Así comienza el tomo XIX de dichos *Procesos.*

quatuor persone in dicta domo capituli in qua assuevit Parlamentum celebrari, quibus congregatis fuit ibidem lecta littera huiusmodi seriey.

Als molt reverents, nobles e honorables senyors lo Parlament general del Principat de Cathalunya ajustat en la ciutat de Tortosa.

Molt reverents, nobles et honorables senyors. Per dues letres vos havem certificats en que teniem et tenim los affers per que som stats aci tramesos: et stam molt maravellats com no havem cobrada de vosaltres una de les provisions que us demanam: e segons havem haud sentiment vosaltres, senyors, barons et nobles per squivar prejudici, lo qual pretenets si algun per part vostra no es en la forma, dubtats remetre lo poder de fermar a nosaltres. E ecorren a nosaltres tres rahons per les quals, ab vostra honor parlant, nons es vijares deguessets strebar en aço: et no creegats per res que nosaltres per ultracuydament ne per alguna ambicio o desordenat voler desigem haver aquest poder, car Deus sab que per bona intencio et breu expedicio dels affers et per squivar ruptures et divisions qui stam aparrellades per metre en gens de dilacio aquells, scrivim et diem aquestes coses.

Primerament que vosaltres no veem aci prejudici de alguns car per tot lo Parlament hic som e per cascu de aquells et cascu ha de tot lo Parlament lo poder.

Item que si molt enteniets que aquesta cosa fos tan prejudicial, podiets fer que, com nosaltres fossem tornats aqui, micer Guillem de Vallsecca fermas axi com nosaltres.

Item com les embaxades foren trameses en Arago et en Valencia en la embaxada de Valencia no havia baro algu, mas axi be hi erem per barons com per los altres, e sabets be que los quatre de la una embaxada et de la altre havia poder de fer los affers, pus ni hagues de cascuna Condicio. Aquestes e moltes altres rahons nos accorren per les quals no veem, parlant ab vostra honor, vos sia fet ni causat algun prejudici: et si los affers fossen en tal disposicio que poguessen esser dilatats, no creegats nosaltres demanasem aquestes coses ni scrivissem ab aquesta ardor, mas com veem la qualitat et disposicio dels affers et de la terra e de aquels ab que contractam, no poder tollerar spay de consultatories ni dilacions de sperar lo dit micer Guillem, ara majorment que es expaxat segons nos es stat scrit ne de algun altre sino venia molt cuytat e que per cuytat que vingues anvides veem que temps li bastas atessa la gran celeritat e cuyta que aquest affers requeren, e vejam per aquesta raho molts inconvenients et sinistres disposts et apparellats a carrech perpetual de qui haura dilatat, finar et fermar aquells; per ço, senyors molt

reverents, nobles e honorables, per nostre descarrech avisantsvos de les dites vies, vos pregam requerim et consellam quens vullats trametre decontinent o lo consentiment del dit micer Guillem o persona que suplescha lo seu loch, o remetre lo poder a nosaltres: certificantsvos de tot cert que si de aci a dimecres primer vinent que tindrem tres del present mes per tot lo jorn no haurem hauda aci provisio en alguna de les dites maneres, lo dijous seguent a cuatre del dit mes per lo mati, axi com aquells qui podem aço fer, partirem daci per tornar aqui a vosaltres; e dolremnos molt et som certs que us dolrets si aquests affers nos fermen en la manera que son concordats, car tal es quen deurets esser contents sens tot dubte: e no vullats haver altra dilacio o terme car no us ne cal fer compte. Et sia, molt reverents, nobles e honorables senyors, lo Sant Sperit vostra guarda. Scrita en Alcaniç lo primer dia de febrer del any MCCCCXII.—*Larquebisbe de Tarragona els altres vostres missatgers en Arago tramesos apparellats a vostra honor.*

Qua quidem littera lecta, statim superius proxime instanti mandaverunt nomine et ex parte dicti Parlamenti fieri litteram sequentem.

Al molt noble mossen Berenguer de Cervello.

Al molt noble mossenyer. Per tal com los affers importen sobirana e extrema cuyta, jassia hir a una hora passat mig jorn ab correu cuytat qui dech esser ab vos dins vint hores, vos hajam scrit que per les rahons en la dita letra expressades vinguessets aci nit e dia, empero veents dora en hora que la triga de vostra venguda importa perills e dans irreparables, pregamvos, mossenyer, encarregam e consellam tan stretament e affectuosament com sabem e podem que mudarets sovin de besties fresques nit e dia per restauracio de tan arduus e sobres necessaris affers vullats cuytar aci vostra venguda, car, mossenyer, huy havem rebuda una letra dels altres missatgers de majors congoxes e basques que no era la primera de que us havem trames transllat. E per gran cuyta no havem puscut fer transllat de la predita letra derrerament reebuda. E per companyia mossenyer ni per altres coses a vos necessaries no triguets vostra presta venguda, car aci trobarets de tot prest recapte. E tingue us Lesperit sant en sa guarda. Dada en Tortosa sots lo sagell secret del reverent Bisbe Durgell a dos dies de ffebrer del any 1412.—*Lo Parlament general del Principat de Cathalunya apparellat a vostra honor.*

Postremo vero die mercurii tertia mensis ffebruarii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, convocato et congregato dicto Parlamento in dicta domo ut est moris, fuerunt in eo presentes hi qui sequuntur.

Prelati et persone ecclesiastice.

Reverendi et honorabiles
Galcerandus Episcopus Urgelli.
Frater Marchus Montisserrati. . . .
Frater Arnaldus Sancti Johannis de Abbatissis. . . . . .
Vincentius Agerensis. . . . . .
} Monasteriorum Abbates.

Petrus de Boscho. . . . . .
Raymundus Ferrarii. . . . . .
Berengarius de Muntrava.. . . . . .
} Procuratores predicti.

Nobiles.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule de Canet.
Franciscus Darill.
Petrus de Cervilione.
Johannes Rogerii Darill.

Petrus Splugues . . . . . .
Berengarius de Copons. . . . . .
Petrus de Canadal. . . . . .
Guillelmus de Seguero . . . . . .
} Procuratores predicti.

Milites.

Raymundus de Bagis.
Dalmacius Çacirera.
Petrus de Gallinariis.
Galcerandus de Rosanis.
Petrus Galcerandus de Cartella.
Riambaldus de Corbaria.
Berengarius de Ulmis.

Domicelli.

Petrus Sarrahi.
Bernardus de Raset.

Dalmacius de Sancto Martino.
Marchus de Minyo.
Galcerandus Çamata.
Franciscus de Blanis.
Petrus Gallard.
Johannes Sant Miquel.
Guillelmus de Tagamanent.
Dalmacius de Castro Episcopali.

Sindici venerabiles.

Bernardus de Gualbis.	Barchinone.
Bonanatus Petri.	
Guillelmus Domenge.	Gerunde.
Petrus Grimau..	Perpiniani.
Gondissalvus Garidelli..	Dertuse.

Quibus omnibus sic congregatis et locis sedentibus consuetis de ordinatione ipsius Parlamenti fuit data et lecta in eodem Parlamento quedam papiri cedula scripta ad responsionem ad requestas factas et datas in scriptis duabus cedulis per egregium Comitem Vindocinensem et reverendum Galcerandum Episcopum Sancti Flori ac alios ambassatores dominorum Regum Francie, Jerosolime et Scicilie, ac domine Yolandis predicti regis Jerosolime uxoris ac aliorum dominorum Francie huic Parlamento Cathalonie; altera videlicet secunda die januarii proxime predicti et altera vicesima octava proximi dicti mensis et quedam alia in se continens. Cuiusquidem responsionis cedule tenor demostratur esse talis.

Quibusdam requestis et oblationibus pridie et noviter his diebus cuidam protestationi seu contradictioni per dominos ambassiatores dominorum Regis et aliorum dominorum Francie prenominatorum Parlamento Cathalonie in civitate Dertuse congregato factis, respondet dictum Parlamentum: quod ejus innate fidelitatis et naturalitatis fervor intactus totique orbi notissimus ipsum impellit ut nedum quavis fraude sed etiam fraudis suspicione seu efigie proculpulsis eum solicitum faciat ut hii qui ad examinationem et disputationem vere justitie super debato juris successionis regnorum et terrarum Corone regie Aragonie juridice fiendam debite, deputabantur seu eligentur sint viri bone ac probate fame et oppinionis scientifice et in judiciis experti, nullique competitorum debite suspecti, quorum numerus felici cause expeditioni con-

gruat et cognitionis vere justitie modus ab his fiende, exacto prius a quolibet ipsorum solemnissimo juramento tam in concomitantiis quam in aliis a rito et recto non deviet exulentque ab eadem omnia et singula que verum pervertere aut differre verisimiliter posent judicium: et intendit dictum Parlamentum quod nullus ex competitoribus qui in hac patria suum fovet domicilium, cum vel sine armis, ad aliquem locum loco in quo fiet dicta recognitio per duas dietas vicinum aliqualiter accedat, alii vero competitores dicta regna et terras nullatenus subintrare debeant, quibuslibet tamen competitoris ambassiatoribus, advocatis et procuratoribus cum rationabili inermi comitiva ad dictum recognitionis locum liber pateat accessus, ut ibidem jure suorum principalium allegare et docere valeant. Illud autem saluberrimum et prudentissime a dictis dominis ambassiatoribus cogitatum arbitratur dictum Parlamentum, videlicet: quod dicti procuratores cum potestate et speciali mandato suorum dominorum habeant solemniter promittere vovere et jurare, quod stabunt declarationi et ordinationi debite fiendis per dictos ad hoc deputandos nec directe aut indirecte per se vel alium ullis unquam temporibus contravenire procurabunt nec contravenient quovis modo, quodque ut hec fiant dictum Parlamentum summo studio procurabit. Ad id autem, quod dicti domini ambassiatores subiciunt in eorum sexta conditione de duplo majori vel majori et saniori parte facta comparatione personarum, etc. respondet dictum Parlamentum: quod hic articulus et articulus numeri dictarum personarum et nonnulli alii sunt comissi reverentie prudentie et arbitrio suorum ambassiatorum his diebus ad Parlamentum Aragonie destinatorum, et est cordi dicto Parlamento Cathalonie debite providere circa id quod de coactione competitorum et de gentibus armigeris exteris seu regnicolis dictum est per dictos dominos ambassiatores ut sic justitie recognitio debite fieri possit. Oblationem vero factam per dictos dominos ambassiatores pro parte dictorum principum et regnorum de auxilio et juvamine pro expulsione gentium armigerarum etiam ut caritativam et cordialem affectionem detegentem, regratiatur eis dictum Parlamentum. Sperat autem in Domino quod alia remedia circa predicta sibi non deerunt et sic patienter tollerare sustinereque rationabiliter non posse predictorum principum ex parte in his regnis et terris intrare aut morari valerent armorum gentes quavis occassione vel causa: nec per hoc credit dictum Parlamentum honori dictorum principum fore aliquatenus detractum. Demum, ad illud quod de repulsione suspectorum novissime dictum est per dictos dominos ambassiatores in eorum ultima protestatione, respondet predictum Parlamentum: quod si et ubi aliqui de dicto Parlamento vel del numero

vigintiquatuor alicui vel aliquibus ex competitoribus viderentur debite suspecti, quod tamen arbitrandum non est, attenta eorum fidelitate ac naturalitate radice que etiam in eorum progenitoribus usquequaque non marcuit et vinculis religiosissimi juramenti quibus noviter astricti sunt, recte in consideratione deductis et librata justitia actuum a dicto Parlamento seu a dicto numero viginti quatuor quotidie defficientium ut puta electionis ambassiate solemnis die sterna facte Parlamento Aragonum et similium circa predicta, Parlamentum predictum Cathalonie salubriter provideret. Hec quippe in agendis et circa agenda est dicti Parlamenti sana et sincera intentio, cui si et quatenus dicte requeste oblationes protestatio et contradictio reffragentur aut reffagari seu adversari quomodolibet videantur, dictum Parlamentum eisdem nullatenus consentit, immo contradicit expresse, requirens hanc in fine dictarum requestarum continuari ac fieri publicum instrumentum.

Qua lecta, incontinenti reverendus Episcopus Urgelli nomine et ordinatione totius Parlamenti predicti verbo dixit et petiit ipsam responsionis cedulam in processu dicti Parlamenti inseri et continuari ac etiam in fine ipsorum requestarum, et inde ad partem si opus fuerit fieri et tradi ipsi Parlamento [seu] cuilibet de dicto Parlamento ac etiam dictis ambassiatoribus tot quod petierit et habere voluerit publicum seu publica instrumenta per Jacobum Canyelles, Berengarium Spigoler et Simonem de Podio grosso notarios et scriptores ipsius Parlamenti ibidem presentes.

Preterea vero per honorabilem Guillermum Domenge legum doctorem sindicum civitatis Gerunde in dicto Parlamento existentem fuit propositum et locutum ac denuntiatum in eo, quod cum treuge, temporibus non diu lapsis firmate certo modo inter honorabilem Ludovicum de Pontonibus militem et suos amicos et valitores ex una parte et quosdam cives Gerunde suosque amicos et valitores ex altera, fuerint de proximo finiende sub certis modo et forma in actu eorum firme expressatis et comprehensis, et isto modo bandositas dicta *dels ciutadans de Gerona e dels cavallers* que longo tempore viguit inter ipsos reiterare et resminiscere sine dubio presumitur in magnum dampnum et periculum nedum civitatis Gerunde ymo etiam totius Principatus Cathalonie ac etiam totius terre regis Aragonum dicioni subjecte attento tempore quo pactis exigentibus Rege et Principe et defensore, pro dolor, sunt orbati: ac etiam quod cum reverendus Abbas Bisulduni affidaverit venerabilem Raymundum de Canete domicellum de quo sequi speratur scandalum et magnum dispendium isto interim quo Regem non noscimus et Principem qui nos regat, necesarium et utile est talibus discriminibus

debite obviare, quare suplicavit Parlamento quod in et super eisdem provideret debite et solerter.

Quibus prolatis, Parlamentum, provisionem inde fiendam super predictis comisit et remisit viginti quatuor personis per actum Parlamenti superius electis cum potestate tamen in et cum dicto actu atributa et data ipsis, et etiam cum ampla potestate super omni tractatu pacis tam inter predictos quam alios, fiendo et concludendo, ac etiam cum potestate mandandi cautelas quas nunc [quod] petunt dictum Parlamentum habent pro mandatis.

Insuper dictum Parlamentum mandavit scribi consiliariis Barchinone et nobili Bernardo de Crudiliis: quod illum militem qui nuncius illustris domine regine Blanche serenissimi domini domni Martini, recordationis eximie relicte veniebat a regno Sicilie ad dominum regem Navarre [et] transiendo per terram nobilis Bernardi de Capraria fuit captus detentus et arrestatus per dictum nobilem Bernardum de Crudiliis asserentem se procuratorem dicti nobilis Bernardi de Capraria una cum suis servitoribus, literis, scripturis, equitaturis, armis, auro, argento, jocalibus et aliis rebus et bonis que secum portabat venire faciant ac ducant ad civitatem Barchinone.

Fuit ulterius mandata fieri littera cum qua dictum Parlamentum certificet nobilem et honorabilem Comitem de Quirra capitaneum et consiliarios Castri Callarii, Insule Sardinie, de omnibus his que nuncii seu ambassiatores dicti regni Sardinie ad hanc Parlamentum missi fecerunt cum Parlamento predicto et per Parlamentum jamdictum super negociis dicte ambassiate deliberata fuerunt conclusa, quam quidem litteram certificatoriam fieri mandavit Parlamentum ad instantiam fratris Guillermi Comitis Ordinis predicatorum.

Denique in eodem Parlamento fuit lecta quedam cedula responsionis facte per Parlamentum cuidam littere per reverendos, nobiles, milites et alios in loco de Miquinensa congregatos, se dicentes Parlamentum, misse isti Parlamento et proposicioni verbo per nuncios dictorum congregatorum facte in eodem Parlamento, quam post ipsius lectionem, reverendus Episcopus Urgelli, nomine et pro parte totius dicti Parlamenti, in presenti processu per Notarium et scriptores eiusdem ibidem presentes inseri et continuari jussit, et inde ad finem dicte littere et proposicionis verbalis scribi et continuari, et si opus fuerit ad partem fieri tam dicto Parlamento et cuilibet de eodem ac etiam dictis ambassiatoribus dicti [se] asserentis Parlamenti fieri et tradi, tot quod petierint et habere voluerint publicum seu publica instrumenta. Cuiusquidem responsionis cedule tenor sequitur in hec verba.

Lo Parlament general del Principat de Cathalunya: vista una letra assats de longa seria tramesa per los nobles e altres honorables senyors ajustats en Menquinença, diu et respon a aquella: que ell ha be a memoria la proposicio feta en lo dit Parlament per los nobles e honorables don Artal Dalago, mossen Martin Lopez de Lanuça cavaller e en Johan Gallard savi en dret, com a missatgers dels dessus dits nobles e honorables senyors en la resposta feta als dits missatgers per lo dit Parlament, la qual fo la seguent en effecte. Que aquest Parlament de la mort de nostre senyor Rey, princep et senyor, de memoria recordable, fins aci per ses letres et missatgers a manejat et tractat de et sobre los preambols et antecedents necessaris a pervenir a conexença de nostre ver Rey, princep et senyor, per justicia ab lo Parlament general del regne de Aragon, tant com fo aplegat e residi en la ciutat de Calatayu, e apres ha continuat sos tractes per ses letres et missatgers ab lo dit Parlament apres que es stat mudat et continuat a la vila de Alcaniç, tenint aquell per ver Parlament com tal sia stat tengut et reputat comunament fins aci et lo dit Parlament no sab lo contrari et ab aquell enten a continuar sos tractes e deliberacions et altres actes necessaris a conexença de nostre Rey et senyor per justicia fins a deguda conclusio e per tots desijada: e haura gran consolacio aquest Parlament que aquells que no son ne entrevenen en lo dit Parlament de Arago per denotar et mostrar bona unitat et concordia, tant com fos pertinent et degut hi entrevinguessen. E en la dita resposta sta et persevera, com al dit Parlament no sia propri disputar et menys declarar los duptes contra la convocacio del dit Parlament de Arago en la dita letra mencionats. E satisfaent a la intimacio requesta en la dita letra, diu lo dit Parlament, que en et sobre les dites coses ell fara ço que sia tengut per justicia et sia a ell pertinent et degut. Et dissent lo dit Parlament a les protestacions en la fi de la dita letra contengudes tant sien vistes esser contra lo dit Parlament, privilegis, libertat, facultat de aquell et actes per ell fins aci tractats et deliberats ab lo dit Parlament de Arago et daqui avant tractadors et deliberadors.

Etiamque fuit in eodem Parlamento et ipsius ordinatione lecta quedam responsionis seu replicationis cedula facte per dictum Parlamentum cuidam responsioni facte per egregium dominum Jacobum de Aragonie Comitem Urgelli, protestationi et requisicioni per reverendum dominum Arnaldum Abbatem Sancti Johannis de Abbatissis facte dicto egregio domino Comiti, nomine et ex parte dicti Parlamenti, quam in huiusmodi processu inseri et continuari jussit et requisivit reverendus Episcopus Urgelli, nomine et vice totius Parlamenti Cathalonie predicti ibi-

dem congregati et inde in fine seu pede dictarum protestacionis et requisitionis ac responsionis continuari, et dicto Parlamento et cuilibet de eodem dari et tradi simul et ad partem ac etiam dicto domino Comiti tot quod petiverit et habere voluerit publica instrumenta per Jacobum Canyelles, Berengarium Spigoler et Simonem de Podio grosso notarii, scriptores substitutos ipsius Parlamenti ibidem presentes. Cuiusquidem replicationis cedule tenor sequitur in hunc modum.

Lo Parlament general del Principat de Cathalunya, hauda noticia de la resposta feta per lo molt egregi senyor don Jayme Darago Compte Durgell a la requesta a ell feta per part et en veu del dit Parlament per lo reverent Abat del monastir de Sant Johan ces Abadeses, replica a la dita resposta dient: que lo dit Parlament ha dreta leyal et ferma intencio en veure et regonexer ab los altres Parlaments dels regnes de Arago de Valencia et ab los sindichs et missatgers del regne de Mallorques qual de tots los competitors es et deura esser lur ver Rey, princep et senyor per justicia e a aquell com sera per justicia, segons es dit, conegut et manifestat, axi com leyals feels et naturals vassalls per lur ignada naturalesa retrau lo deute de subjeccio: e ans de la dita regonexença, la qual no han hauda fins aci e deguda cognicio per justicia no creu lo dit Parlament esser propri a algu dels dits competitors dels dits regnes et terres possessio demanar ne algun dret de subjeccio en los regnicoles et sotsmeses de la dita Corona, com seria preposterar degut orde, e seria als dits regnicoles et subjectes a la dita Corona molt reprehensible confusible et perillos ans de la dita conexença trobament et manifestacio de la veritat de la justicia reconexer e pendre algun dels dits competitors per senyor e liurar o permetreli alguna possessio obediencia o subjecio. E satisfaent al segon cap de la replicacio diu lo dit Parlament que en extirpar los castellans, los quals son en los regnes Darago et de Valencia molt greu que es al dit Parlament, ell ha retut son deute et ha fet et fa en et per moltes maneres tot ço et quant ha pogut et pot et fara per avant tant com a ell se pertanga, et qui ab missatgerias trameses al infant de Castella et al Parlament del dit regne sobre lo dit fet qui ab altres remeys a aquest Parlament pertinents et deguts si ha degudament treballat et si treballara tant com al dit Parlament se pertanga. Dels dans, scandols, dampnatges et inconvenients en la dita resposta mencionats en los dits regnes seguits, apres e per la entrada, no ha lo dit Parlament de Cathalunya ne merexera haver culpa ne carrech algu. E com se diu en la dita replicacio que lo dit molt egregi senyor don Jayme no ha meses gents stranyes etc. diu lo dit Parlament que ell fa ço

que deu, et es presumidor que axi u fara et servara en esdevenidor, et no parria si era fet lo contrari que procehis de tan egregia et axi gran et magnifica persona com ell es e de tan alta sanch procehint: et sobre lo dit cas es stada feta la requisicio per lo dit reverent Abbat, com a missatger del dit Parlament al dit egregi don Jayme, en la qual, axi com a justa et fundada en gran equitat et raho concernent conservacio de la cosa publica sta et persevera lo dit Parlament, requirent lo dit egregi don Jayme que aquella dege tenir et inviolablament observar. E no consent lo dit Parlament als remeys cominats en la dita responsio, ans dissent en aquells tant com sien desviants a les coses en la requisicio et derogants al be repos e tranquilitat dels dits regnes et terres et tant com porien esser turbatius de la conexença tranquillament et ab tot repos de la justicia de la successio fahedora. E satisfaent al darrer cap en la dita responsiva letra contengut diu lo dit Parlament: que lo dit molt egregi senyor don Jayme et los altres competitors considerat lo principi et prossequcio fins aci han pogut ben conexer ab gran diligencia de aquest Parlament, lo qual ha tots temps hauda, no playent treballs ni despeses ha et haura fins a la molt desijada conclusio per la qual haja conexença de son ver et indubitat Rey, princep et senyor per justicia, e de la dita diligencia et treballs no enten a desistir ne cansar, la gracia de nostre Senyor Deus mijançant, la qual vulla illuminar a los dits competitors que proseguesquen llur justicia que pretenen planament et simpla, segons es en la dita requisicio contengut, et tots los Parlaments en veure regonexer pensar et deliberar aquella et dins breu temps. La qual repplicacio requer lo dit Parlament per vos Notari esser continuada a la fi de la dita resposta e feta al dit Parlament et los residents en aquell carta publica com lan vullen.

Quibus omnibus sit peractis, predictum Parlamentum fuit continuatum per stantes ibidem et ipsum representantes, ad diem veneris proxime de mane.

Ceterum autem die veneris quinta mensis ffebroarii intitulata anno predicto millesimo quadringentesimo duodecimo, convocato et congregato Parlamento in dicta domo capituli ut est moris, pro continuatione eiusdem interfuerunt proxime subscripti.

Prelati et persone ecclesiastice.

Galcerandus Urgelli. . . . . } Episcopi.
Franciscus Barchinone. . . . . }

Frater Marchus Montisserrati. . . .
Frater Arnaldus Sancti Johannis de Abbatisis.. . . . . .
Guillelmus Stagnensis.. . . . . .
} Monasteriorum Abbates.

Michael Falco.. . . . . .
Petrus de Boscho.. . . . . .
Raymundus Ferrarii.. . . . . .
Berengarius de Muntrava.. . . . . .
} Procuratores predicti.

Nobiles.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti.
Franciscus Darill.
Petrus de Cervilione.
Raymundus de Peguera.

Petrus Splugues.. . . . . .
Berengarius de Copons. . . . . .
Petrus de Canadal. . . . . .
Guillermus de Seguero. . . . . .
} Procuratores predicti.

Milites.

Berengarius de Ulmis.
Rambaldus de Corbaria.
Petrus Galcerandus de Cartella.
Galcerandus de Rosanis.
Petrus de Gallinariis.
Dalmatius Çacirera.

Domicelli.

Dalmatius de Santo Martino.
Marchus Davinyo.
Petrus Sarrahi.
Bernardus de Raset.
Galcerandus de Çamata.
Petrus Gallars.
Johannes Sant Miquel.

Guillermus Gallart.
Berengarius de Ulmis.
Guillelmus de Tagamanent.
Dalmatius de Castro Episcopali.
Johannes de Peguera.
Ferrarius de Canadal.
Michael de Besora.
Guillermus de Medalia.

Sindici honorabiles.

Bernardus de Gualbis et Bonanatus Petri.	Barchinone.
Guillermus Domenge et Franciscus Santceloni.	Gerunde.
Petrus Grimau..	Perpiniani.
Gondisalvus Garidelli.	Dertuse.

Quibus omnibus sic congretatis et locis eorum sedentibus ut est moris, dictus venerabilis Franciscus de Sanceloni qui de ordinatione ipsius Parlamenti et tanquam nuntius eiusdem accesserat apud regnum Valentie ad Parlamentum dicti regni in loco de Vinalaros congregatum et ad nobiles, milites et homines de paratico dicti regni vocatos los *forans* in villa de Trayguera coadunatos regressus a dicto regno ad Parlamentum Cathalonie in eodem fecit verbo relationem et dixit: quod dictis Parlamento et *als forans* presentaverat certas protestationes et requisitiones habentes in effectu: quod in concordia mittantur eorum ambassiatores ad Parlamentum regni Aragonie in villa Alcanicii.

De quibus presentandis fuerat sibi datum honus eosque requisiverat ut contenta in dictis protestationibus et requisitis adimplerent opus perfectum, et quod ab eis obtinuerat et habuerat eorum responsiones in scriptis ut in instrumentis inde de predictis receptis continetur ad que se refert: que instrumenta dixit se ad presens habere non posse propter absentiam notarii qui nondum venit ad hanc civitatem Dertuse sed cum venerit illa instrumenta habebit et tradet ac deliberabit Parlamento.

Parlamentum itaque fuit prorogatum per eum representantes ad ipsum continuandum ad diem lune proximum de mane.

Ipsaque et eadem die honorabilis Berengarius de Ulmis miles discentimentum quod supra die prima febroarii fecerat verbo in Parlamento et de quo requisivit fieri publicum instrumentum tradidit et dedit Simeoni de Podio grosso uni ex notariis Parlamenti in scriptis in quadam papiri cedula seriey subinserte quam in processu inseri requisivit et ad partem sibi nomine predicto fieri publicum seu publica instrumenta presentibus testibus, Guillermo de Medalia et Bernardo dels Angels scutiferis. Cuiusquidem cedule tenor talis est.

Com despuys quel present Parlament fon mudat es continua en aquesta ciutat de Tortosa, lo noble mossenyer Bernat de Cabrera e procurador seu sien stats absents e ignoren los fets dactes en aquells fets, los quals porien esser prejudicials a les libertats del dit noble qui de sa intencio ha certificat lo dit Parlament en scrits en que esta: Per ço, mossen Berenguer Dolms com a procurador del dit noble e per si per lo present enterveniment no consent ne enten aprovar o consentir en alguns fets eleccions, poders o actes durant la dita absencia fets o actuats en o per lo present Parlament qui sien o puxen esser contra libertats, usos o costums del dit noble o dels altres barons, nobles e cavallers del Principat de Cathalunya en comu o en singular que volran esser de aquesta oppinio, ans en aquelles, en noms que dessus, dissent expressament. Requirent la present esser continuada en proces del dit Parlament e apar si lan volra esser feta o liurada carta o cartes per cascu dels notaris aci presens.

Interim vero die sabbati que fuit sexta mensis febroarii predicti anno jam dicto millessimo quadringentesimo duodecimo, congregatis viginti quatuor personis per actum Parlamenti electis in domo capituli memorati, ubi Parlamentum celebrari consuevit, in eorum presentia fuerunt lecte due littere huiusmodi seriey.

Als molts reverents, nobles e honorables senyors del savi Parlament de Cathalunya.

Molt reverents, nobles e honorables senyors. De vostres reverencies, nobleses, honorables e grans saviesas ab gran e deguda honor rebi anit al sol post, que teniem tres de febrer, una letra inclus de dins un transllat, e huy al sol exit ne reebuda altra, dades en Tortosa, la una lo primer dia de ffebrer, laltra lo segon dia del dit mes, en les quals se conte la indisposicio de micer Guillem de Vallsecca missatger elegit per los barons per anar al Alcaniç, e si anire, senyors, plaguas era persona molt

fiable e necessaria en aquests affers molt millor que yo, qui en loch seu voleu e manau que supplesca en la dita missatgeria. E no contrastant ma insufficiencia, axi com aquell qui vull obehir a vostres ordinacions e manaments; de present e sens altra triga sus ara yo partire carreguat ab mules nit e dia per esser com pus prest pore aqui, recorrent al Sant Sperit quem vulla illuminar: e regraciant als molt reverents, nobles e honorables [senyors] del savi Parlament de Cathalunya qui mi insufficient han volgut elegir en tan gran ministeri, offerint me esser tots temps prest a tots vostres manaments. E tingua la Santa Trinitat vostres molt reverents, nobles e honorables persones en sa guarda. Dada en Çalacuna [1] a 4 del dit mes en hora de mig jorn del any mil quatrecents e dotze e sagellada ab mon sagell.—*Prest a honor e manament de vostres reverents nobleses e honorables savieses, Berenguer Arnau de Cervello.*

Als molt reverents, nobles e honorables senyors lo Parlament general del Principat de Cathalunya.

Molt reverents, nobles e honorables senyors. Vostra letra havem rebuda, per la qual e axi mateix per altres de alguns particulars, havem sabuda la eleccio que feta havets del noble mossen Berenguer Arnau de Cervello en loch de micer Guillem de Vallseca et les provisions qui fetes havets per fer cuytar la sua venguda: e puys axi us ne ha plagut ordenar, nosaltres som stats decontinent, rebuda vostra letra, ab aquests senyors daragonesos, e apres moltes persuasions et rahons, ab gran difficultat et affany, havem dells obtengut que tolleraran et speraran la sua venguda per alguns dies. Nosaltres, per gracia de nostre Senyor Deus, axi com vos havem scrit tenim los affers en bon apuntament si dilacio et allonch nols afolla. Placi us fer cuytar la venguda del dit mossen Berenguer Arnau axi ivaçosament com porets. E sia, molt reverents, nobles e honorables senyors, lo Sant Sperit vostra guarda. Scrita en Alcaniç a III de febrer del any MCCCCXII.—*Larquebisbe de Tarragona els altres vostres missatgers en Arago tramesos apparellats a vostra honor.*

Fuitque coram dictis viginti quatuor personis [lecta] die loco et anno proxime dictis quedam littera per deputatos Cathalonie et sex personis eis adjunctas directa et missa Parlamento Cathalonie, cum qua certificabant dictum Parlamentum quod consules Sedis Urgelli per ipsorum literam quam dicto Parlamento in ea ipsi Parlamento missa interclusam transmisserunt eos certificaverant quod Petrus Arnaldus fuerat ad

[1] La Llacuna, villa del partido judicial de Igualada.

dictam Sedem Urgelli cum centum quinquaginta roncinis pro intrando Cathalonie.

Postremo vero die eadem, in presencia reverendorum, nobilium et honorabilium viginti quatuor personarum per actum Parlamenti electarum sub kalendario vigesime tertie diei decembris proxime preteriti congregatarum in domo capituli supradicti, in qua Parlamentum consuevit celebrari, et in presentia Jacobi Canyelles, Berengarii Spigoler et Simeonis de Podio grosso notarii et scriptoris dicti Parlamenti, constitutus nobilis Berengarius Arnaldi de Cervilione miles qui ob defectum honorabilis Guillermi de Vallesicca qui accedere debebat una cum aliis nunciis Cathalonie Principatus loco nobilis ad Parlamentum regni Aragonie in villa Alcanicii congregatum est accessurus pro ambassiatore in ipsa ambassiata prestitit juramentum ad sancta Dei Evangelia supra missali et cruce Domini de faciendo et complendo contenta in quadam scriptura seu forma in his scripta et continuata supra, sub kalendario undecime diey januarii anno presenti, sicut et prout per alios ambassiatores jam in villa Alcanicii residentium fuit utique jam juratum.

Et his peractis, per viginti quatuor personas congregatas in domo predicta, ubi Parlamentum consuevit celebrari, nomine et ex parte Parlamenti predicti fuit expediri mandata quedam litera sub hac forma.

Al molt reverent Pare en Christ e honorables senyors: lo molt noble mossenyer Berenguer Arnau de Cervello ambaxador per lo accident e indisposicio de micer Guillerm de Vallsecca per vosaltres elegit segons havem per dues letres a vostres molt gran reverencia e honorable saviesa scrit nos trametem, al qual havem en plena concordia donat e atribuit tot aquell e semblant poder que havem al dit micer Guillem de Vallsecca e a vosaltres: Pregamvos encarregam e volem que ab lo dit noble mossen Berenguer Arnau de Cervello proseguiscats e finiets los affers per que sots stats tramesos segons la forma de vostres instruccions e poder, e de vosaltres molt reverent e honorables senyors confiam, los quals tenga en sa proteccio Lesperit Sant. Dada en Tortosa sots lo sagell del reverent Bisbe Durgell de ordinacio del dit Parlament a sis de febrer del any mil quatrecens dotze.

Preterea vero die lune octava mensis ffebroarii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, congregato Parlamento in eadem domo more solito pro continuatione et celebratione ipsius fuerunt presentes hii qui sequuntur.

Prelati et persone ecclesiastice.

Galcerandus Urgelli.	Episcopi.
Franciscus Barchinone.	

Frater March Montisserrati..	Monasteriorum Abbates.
Frater Arnaldus Sancti Johannis de Abbatissis.	

Frater Johannes Marques..	Procuratores predicti.
Raymundus Ferrarii..	
Berengarius de Muntrava..	

Nobiles.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti.
Franciscus Darill.
Johannes Rogerii Darill.

Petrus Splugues.	Procuratores predicti.
Berengarius de Copons	
Berengarius de Ulmis procurator assertus nobilis Bernardi de Capraria. . . .	
Petrus de Canadal..	
Guillermus de Seguero.	

Milites.

Johannes de Vilamarino.
Dalmatius Çacirera.
Petrus de Gallinariis.
Galcerandus de Rosanis.
Petrus Galcerandus de Cartella.
Dalmatius de Darnius.

Domicelli.

Dalmatius de Sancto Martino.
Raymundus de Riquer.. . . . . .
Bernardus de Montrodon. . . . . .
Petrus de Canadal. . . . . .
Guillermus de Seguer. . . . . .
Geraldus Alamanii de Toralla.. . .
Raymundus de Calders. . . . . .
} Domicelli

Sindici honorabiles.

Johannes de Plano. . . . . .
Bernardus de Gualbis. . . . . .
} Barchinone.

Bonanatus Petri.	Barchinone.
Raymundus Fivallerii.	
Franciscus Sentceloni.	Gerunde.
Guillermus Domenge.	
Petrus Grimau et	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.	
Gondisalbus Garidelli..	Dertuse.
Petrus Prats..	Villefranche Penitens.

Quibus omnibus sic congregatis eorumque solitis sessionibus collocatis venit [et] intravit in dictum Parlamentum honorabilis Sperans-in-Deo Cardona jurisperitus qui nomine et pro parte egregii domini Comitis Urgelli ut asseruit dixit et profatus fuit in dicto Parlamento quedam verba incitativa, rogativa ac etiam requisitiva super facto eleccionis personarum qui facere debent noscionem et publicationem nostri veri Regis que hic poni omituntur quia verbo dicta fuerun t.

Post hec affuit in dicto Parlamento honorabilis Franciscus de Pau miles, qui juravit ad sancta quatuor Dei Evangelia manibus suis corporaliter tacta capitula de tenendo secretum et bene consulendo prout per alios dicti Parlamenti supra juratum est.

Successive fuerunt in Parlamento jam dicto nobilis et honorabilis Vitalis de Vilanova et Dominicus Masconi legum doctor nuncii et ambassiatores Parlamenti generalis regni Valencie in villa Morelle residentes qui obtulerunt et tradiderunt ac legi requisiverunt in Parlamento quandam litteram eiusdem Parlamenti clausam et sigillatam cuius tenor sequitur in hunc modum.

Als molt reverents, egregis, nobles e honorables senyors lo Parlament general del Principat de Cathalunya.

Molt reverents, egregis, nobles e honorables senyors. Per los affers de la declaracio per justicia fahedora de aquell qui es nostre Rey e senyor trametem a vostres reverencies, nobleses e honorables savieses los molt noble e honorable mossen Vidal de Vilanova e mossen Domingo Masco doctor en leys, los quals informats de nostra intencio aquella per nostra part vos explicaran: Per que us pregam a aquells vullats donar fe e creença axi com si nosaltres personalment vos ho dehiem. E sia senyors lo Sant Sperit vostra guarda. Scrita en la vila de Morella a VIIII de març del any MCCCCXII.—*Lo Parlament general del regne de Valencia apparellat a vostra honor.*

Cuiusquidem litere ibidem lecte virtute, dicti nobilis et honorabilis

ambassiatores explicaverunt verbo quod dictum Parlamentum regni Valencie miserat ipsos ad hunc Parlamentum Cathalonie pro tractando et interveniendo et comunicando cum eis in nominacione et eleccione novem personarum eligendarum pro publicando et nominando dominum Regem futurum.

Fueruntque continuo in Parlamento predicto honorabiles Michael de Novals et Johannes Mercaderii duo ex nunciis seu ambassiatoribus civitatis Valencie qui etiam obtulerunt et tradiderunt et legi petierunt in Parlamento quandam litteram clausam huius modi seriey.

Als molt reverents, egregis, nobles e honorables senyors lo Parlament general del Principat de Cathalunya.

Molt reverents, egregis, nobles e honorables senyors. Cobeejants mes que per letres no poriem dir la pedicio e prompta declaracio de la justicia daquell qui es Rey e successor universal dels regnes et terres a la Corona reyal subjectes en via de bona concordia havem elegits nostres missatgers, dels quals son los honorables en Michel de Novals e micer Johan Mercader qui abdos e quescun dells per si han general e plen poder e facultat ampla de nosaltres a convenir e esser ensems ab vosaltres senyors e ab lo general Parlament del regne Darago o persones diputades per aquells a esser en loch per entendre e donar desempatxament e fi ab la ajuda de Deu a tots los actes preparatoris e preambols e al punt principal de la justicia dessusdita e a tot als que sia benavenir dels regnes, Principat e terres dessusdites, los quals dits dos missatgers e quiscun dells per letres havem ample instruhits en aquesta manera: Perque les vostres reverencies, nobleses e honorables savieses pregam que als dits missatgers vos placia donar e attribuir plenaria fe e creença en tot ço que de part daquesta ciutat vos explicaran axi com si en propies persones e de boques ho dihem a las vostras reverencias, noblesas e saviesas honorables e complir les coses per obra segons de vostres reverencies, nobleses e honorables saviesas havem confiança singular. E farets ne honor a Deu e servey a la Corona reyal e be inextimable a la cosa publica de tots los regnes Principat e terres dessusdits. En vostra direccio e proteccio sia lo Senyor del mon. Scrita en Valencia a IIII de març del any MCCCCXII.—*Los Jurats e tot lo Consell de la ciutat de Valencia a vostra honor en totes coses apparellats.*

Quaquidem littera lecta, incontinenti dictus honorabilis Johannes Mercader verbo dixit, quod eorum credencia jam per leccionem dicte littere fuerat explicata.

Et dictum Parlamentum per organum reverendissimi domini Archi-

episcopi Terachone respondit dictis honorabilibus ambassiatoribus tam regni quam civitatis Valencie: quod Parlamentum super contentis in eorum litteris et explicatis superius deliberaret inter se et habita deliberacione responderet eisdem.

Insuper honorabilis Raymundus Fivallerii proposuit et relacionem fecit in Parlamento, quod dominus Abbas Agerensis, nobilis Georgius de Caramany et ipse, quibus extiterat comissum, non est diu, quod tractarent, praticarent et comunicarent cum nunciis et ambassiatoribus nobilis Nicholai Doria et Gubernatoris ac Consiliariorum et proborum hominum ville Alguerii regni Sardenie tractarunt, comunicarunt et praticarunt cum ipsis nunciis et ambassiatoribus et quod restabat in ipso negotio, quod assignarentur certe persone cum ampla potestate quod tractent et finiant cum eis super ipsis per eosdem nuncios expositis.

Post hec nobilis Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti dixit verbo: quod ambaxiatores nobilis Vicecomitis Narbone erant venturi de proximo ad hanc civitatem et Parlamentum et sic quod pro maiori tuicione et cautione dicti Parlamenti esset bonum ut nuncii dicti Vicecomitis Narbone spectarentur ad eo ut auditis omnibus ipsis nunciis utriusque partis posset Parlamentum super ipsis cautius securius et decentius providere pro bono statu dicti regni Sardinie.

Parlamentum itaque post predicta remisit et comisit illis XXIIII.^{or} personis per actum Parlamenti electis dando eis plenum posse tractandi super predictis cum nunciis supradictis et illis etiam dictis Vicecomitis dum veniunt quod illa que inde cum ipsis tractaverint refferant Parlamento.

Et hiis peractis, nobilis Gubernator et eius adjunctus per se et Parlamentum per se cum protestationibus assuetis prorogarunt ipsum Parlamentum continuandum in eodem loco post meridiem diey sequentis.

Post meridiem vero eiusdem diey sabbati ad continuandum predictum Parlamentum assignata in domo capituli antedicta comparuerunt et presentes fuerunt supra proxime scripti seu maior pars eorum.

Quibus congregatis ut more solito in suis sessionibus collocatis in eodem Parlamento comparuit et fuit reverendus dominus Geraldus Episcopus Sancti Flori una cum quibusdam aliis ex nunciis seu ambaxiatoribus domini regis et aliorum dominorum de Francia, qui ibidem explicavit et exposuit verbo nonnulla, que hic inseri omittuntur, referendo se etiam ad illa que jam diebus preteritis in scriptis dederat ac offerendo adhuc ea que dicebat daturum se in scriptis.

Et his peractis, reverendissimus dominus Archiepiscopus Tarachone no-

mine et pro parte ac de ordinatione ipsius Parlamenti hec verba proferendo dixit: quod Parlamentum Cathalonie retinebat sibi super predictis deliberacionem petens ea que dictus dominus Episcopus Sancti Flori verbo obtulerat dari per eum dicto Parlamento in scriptis et tunc ei reponderet.

Completis vero suprascriptis, Parlamentum seu ipsum representantes prorogarunt et continuarunt eundem in loco predicto ad diem crastinam de mane.

Preterea ipsa eadem die post prandium congregatis in camera palatii seu pausate reverendissimi Archiepiscopi Terrachone viginti quatuor personis puta: reverendo dicto domino Archiepiscopo Terrachone, Galcerando Urgelli, Raymundo Gerunde Episcopis, venerabilibus in Christo patribus fratre Marcho Montisserrati, fratre Jacobo Sancti Cucuphatis Monasteriorum Abbatibus, Narcisso Astrucii Archidiacono Terracone, Philippo de Medalia Archidiacono Penitensis canonico et procuratore capituli Sedis Barchinone et multum nobilibus Johanne Comite Cardone, Petro Vicecomite de Insula et de Caneto, Petro de Cervilione, Francisco de Vilanova, Raymundo de Bages, Dalmacio Çacirera, Mathia de Podio, Galcerando de Rosanis, militibus et honorabilibus Johanne de Plano, Bernardo de Gualbis et Raymundo Fivallerii Barchinone, Guillelmo Domenge, Francisco Sant Seloni Gerunde, Petro Grimau et Johanne de Ribesaltes Perpiniani et Gondisalvo Garidelli Dertuse, sindicis et actoribus: Omnes prenominati tractantes de nominatione personarum que facere debent noscionem et publicationem veri Regis et Principis nemine discrepante concordarunt de honorabili domino Guillelmo de Vallesicca legum doctore famoso de fratre Vincentio Ferrarii in Sacra Pagina professore et de Januario Rabaça ac Arnaldo de Comquis legum doctoribus: de ceteris autem dixit dictus multum nobilis vir dominus Comes Cardone pro se et sibi adherentibus, quod contentabatur de reverendissimo domino Archiepiscopo Terrachone quod poneretur in numero dictarum personarum: de residuis vero volebat deliberate contractare et praticare et obtulit se paratum concordare de melioribus qui possent reperiri vel etiam de *cominals*.

Et dicti multum nobiles Petrus Vicecomes de Insula et de Caneto et Petrus de Cervilione pro se et eis adherentibus dixerunt: quod videbatur eis esse prejudiciale baronibus et militibus dominum Archiepiscopum et Bernardum de Gualbis intervenire in hoc negotio, ex eo quia unus est prelatus et alter est sindicus: attamen salvo prejudicio videtur eis quod sint notabiles atque boni, et remittunt ista duabus Conditioni-

bus in eorum conscientiis, videlicet Ecclesiastice et Regali civitatum et villarum regalium.

Ulterius, quod de terna Aragonum stabunt consilio et determinationi ac nominationi et electioni dictarum duarum Conditionum de ipsis viginti quatuor; et quod ista darent in scriptis die crastina et quod fieret instrumentum de benivolentia dictarum Conditionum.

Dicte autem due Conditiones ecclesiastica et regalis acceptarunt dictum onus et utique regratiarunt confidentiam quam ostenderunt de ipsis.

Testes Azbertus Çatrilla domicellus et Berengarius de Montrava promothores, Raymundus Bajuli, Simeon de Podio grosso et Berengarius Spigolerii notarii dicti Parlamenti.

Et confestim dictus multum nobilis Comes Cardone obtulit ea que dixerat verbo dare tradi de mane in scriptis.

Preterea die dominica de mane qua fuit XIII dies dicti mensis marcii anno jamdicto millesimo quadringentesimo duodecimo, ad ipsum continuandum Parlamentum supra proxime assignata in domo capituli antedicta intervenerunt et presentes fuerunt hii videlicet qui proxime subsequntur.

Prelati et persone ecclesiastice.

Petrus Archiepiscopus Tarachone.

Galcerandus Urgellensis.	Episcopi.
Raymundus Gerundensis.	
Frater Marchus Montisserrati. . . .	Monasteriorum Abbates.
Frater Jacobus Sancti Cucufatis. . .	
Philippus de Medalia.	Nominibus supradictis.
Petrus de Boscho.	
Narcissus Astrucii.	
Raymundus Ferrarii.	
Berengarius de Montrava.	

Nobiles et honorabiles viri.

Johannes Comes Cardone.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti.

Anthonius de Cardona.
Petrus de Montechateno.
Petrus de Cervilione.
Franciscus de Vilanova.
Acardus de Muro.
Raymundus Dorcau.
Georgius de Caramany.
Petrus Splugues procurator domini Comitis de Prades.
Berengarius de Ulmis miles procurator assertus nobilis Bernardi de Capraria.

Milites.

Raymundus de Bagis.
Dalmacius Çacicera.
Mathias de Podio.
Alamanyus de Ciscar.
Petrus de Ortaffa.
Petrus de Gallinariis.
Riambaldus de Corbaria.
Berengarius de Callar.
Dalmacius de Castro Episcopali.
Berengarius de Montcorb.
Dalmacius de Sancto Martino.
Galcerandus Çamata.

Domicelli.

Michael de Besora.
Azbertus Çatrilla.
Raymundus de Calders.
Geraldus Alamanyus de Toralla.
Petrus de Canadal.
Guillermus de Saguero.
Bernardus de Palou.
Simon de Montoliu.
Franciscus Sent Marti.

Sindici honorabiles.

Johannes de Plano.	Barchinone.
Bernardus de Gualbis.	
Raymundus Fivaller.	
Guillermus Domenge.	Gerunde.
Franciscus Santceloni.	
Petrus Grimau et	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.	
Gondissalbus Garidelli.	Dertuse.
Petrus Prats..	Villefranche Penitens.

Quibus omnibus sedentibus et Parlamentum facientibus ut est moris, in Parlamento ipso interfuit honorabilis Sperans-in-Deo Cardona Jurisperitus qui nomine et pro parte ut asseruit egregii domini Jacobi de Aragonia Comitis Urgelli dixit et verbo exposuit in eodem Parlamento quedam verba continentia hunc effectum videlicet: quod cum negotia Parlamenti forent jam ad aliquam conclusionem deducta, scilicet ad nominationem et eleccionem illarum personarum que per instrumenta debent facere notionem et publicationem per justiciam illius cui justicia mediante pertinet successio Corone regni Aragonie, requirens in suorum verborum fine Parlamentum quod eligeret personas ydoneas et in actu noscionis et publicacionis justitie predicte dicto domino Jacobo de Aragonie et sue justitie non suspectas, et alias prout jam verbo et scriptis requisivit et dixit ac etiam prout in scriptis per ipsum nomine predicto jam fuerat alias protestatum offerens se dicere nominare et allegare dictas personas eidem domino Jacobo de Aragonia Comiti Urgelli et sue justitie suspectas et suspiciones ipsorum, requirensque sibi dicto nomine et dicto nomine Jacobo de Aragonia seu cui voluerit tot quod petierit et habere voluerit publica instrumenta, offerens dare ea que dixerat in scriptis.

Et his prolatis, reverendissimus dominus Archiepiscopus Tarachone nomine ac vice dicti Parlamenti respondit et dixit: quod absque dubio Parlamentum in et super dicto negotio faceret et procederet debite prout deberet, et quod habita copia eorum que idem honorabilis Sperans-in-deo Cardona nomine predicti in scriptis dare intendebat, idem Parlamentum per scripta debite satisfaceret et responderet eisdem.

Testes fuerunt ad predicta discreti Raymundus Bajuli, Berengarius Spigoler et Simeon de Podio grosso notarii.

His itaque peractis, nobilis Gubernator et eius honorabilis adjunctus per se et Parlamentum pro se cum protestationibus salvitatibus et retencionibus jam superius factis per eosdem prorogarunt et continuarunt Parlamentum ipsum ad post meridiem eiusdem.

Eadem itaque hora discedentibus omnibus superius nominatis, demptis XXIIII.or personis infrascriptis super facto dicte successionis regie electis que ibidem remanserunt, et quia multum honorabilis Dalmacius Çacirera miles unus ex dictis XXIIII.or personis erat per civitatem ut assertum extitit occupatus multum nobiles Comes Cardone, Franciscus de Vilanova ac Galcerandus de Rosanis Vicecomes de Insula, Petrus de Cervilione, Mathias de Podio et Raymundus de Bagis milites durante absentia dicti honorabilis Dalmacii Çacirera posuerunt nominarunt et elegerunt multum nobilem virum Anthonium de Cardona, qui quidem multum nobilis Anthonius confestim juravit et fecit simile juramentum sibi lectum et preinsertum quod ceteri dicti XXIIII.or jam prestiterant.

Et tandem habitis inter inferius nominatos variis colloquiis super modo eligendi dictas novem personas que facere debent examinationem nostionem et publicationem per justitiam et secundum Deum et earum bonas conscientias illius qui est noster verus rex et princeps post aliquod horarum intervallum non discedendo de dicta domo capituli multum nobiles viri Anthonius de Cardona, Franciscus de Vilanova et dictus Dalmacius Çacirera, qui affuit dixerunt verbo pro se et aliis qui eis adherere voluerint, quod ipse contentabantur de certa nominatione certo modo fienda de illis de Valentia et de Cathalonia: de iliis autem de Aragone dixerunt utique, quod remitebant conscientiis sexdecim personarum de viginti quatuor videlicet, illis Conditionum ecclesiastice et regalis civitatum et villarum regalium offerentes ista dare distincte in scriptis, et requisiverunt eis fieri et tradi unum et plura publicum et publica instrumentum et instrumenta.

Et inmediate fuit ibidem ordinata et per prenominatos tradita et oblata quedam cedula quam pro eorum nominatione et electione ut dixerunt et obtulerunt tenoris sequentis.

Larchebisbe de Tarragona.
Micer Guillem de Vallseca.
Micer Bonanat Pere o micer Guillem Domenge.
Mestre Vicenç Ferrer.
Mossen Giner Rabaça.
Micer Arnau de Conques.

Dels aragonesos, ço es del Bisbe Doscha, den Berenguer de Bardaxi e

de mossen Francesch Daranda dien que ho remeten a les sis persones de les xxiiii, ço es a aquelles de les Condicions ecclesiastica e de ciutats e viles reyals les quals precedent solemne jurament elegesquen segons lurs bones consciencias Deus e bona justicia.

Post cujus quidem cedule traditionem et lectionem discussis variis inter dictas et infrascriptas xxiiii^or^ personas oppinionibus super modo eligendi dictarum novem personarum fuit deliberatum et concordatum ibidem quod dicta electio fiat et eficiatur per exquisitionem votorum cujuslibet dictarum et infrascriptarum xxiiii^or^ personarum, et confestim votare incepit:

Reverendus in Christo pater dominus Episcopus Galcerandus Episcopus Urgelli pro terna Cathalonie elegit reverendissimum in Christo patrem dominum Archiepiscopum Terrachone et honorabilem Guillelmum de Vallesica legum doctorem necnon illum doctorem de Parlamento de quo major pars dictarum viginti quatuor personarum contentabitur.

Item pro terna Valentie elegit fratrem Vicentium Ferrerii magistrum in Sacra Pagina et Januarium Rabaça militem ac Arnaldum de Conquis legum doctores.

Item pro terna Aragonie dixit, quod in sua conscientia dominus Franciscus Daranda donatus Portaceli ordinis Cartusiensis est sufficiens quare ipsum eligebat: de residuis, videlicet domino Episcopo Oscensi et Berengario de Bardaxin jurisperito dixit quod remittebat aliis de xxiiii^or^ personis supra et infrascriptis: attamen quod si ipse reverendus dominus Episcopus Urgelli habebat ipsos eligere, quod non eligeret eos et quod non acceptabat de istis duobus ultimis onus per multum nobilem virum Vicecomitem de Insula et alios milites sibi adherentes datum.

Reverendus in Christo pater dominus Franciscus Episcopus Barchinone pro terna Cathalonie nominavit et elegit reverendissimum dominum Archiepiscopum Terrachone, Guillelmum de Vallesica et Bernaldum de Gualbis utriusque juris doctores.

Item pro terna Valentie honorabiles viros fratrem Bonifacium Ferrerii donatum ordiniis Cartusiensis decretorum doctorem, fratrem Vicentium Ferrarii magistrum in Sacra Pagina et Januarium Rabaça militem legum doctorem.

Item pro terna Aragonum reverendum in Christo patrem dominum Oscensem Episcopum et honorabilem Franciscum Daranda et Berengarium Bardaxi jurisperitum.

Item venerabilis in Christo pater frater Marchus Abbas Monasterii Montisserrati dixit: quod erat oppinionis, reverendi domini Episcopi

Barchinone qui dedit votum suum in ejus camera in sequentibus videlicet reverendissimo domino Archiepiscopo Terracone et honorabili Guillelmo de Vallesica legum et Bernardo de Gualbis utriusque juris doctoribus.

Item pro terna Valentie ad idem elegit honorabiles fratrem Bonifacium Ferrerii donatum de Cartoxa decretorum doctorem, fratrem Vicentium Ferrarii magistrum in Sacra Pagina et Januarium Rabaça militem legum doctorem.

Item pro terna Aragonum reverendum in Christo patrem dominum Episcopum Oscensem et honorabilem Franciscum Daranda donatum Porteceli ordinis Cartusiensis et Berengarium Bardaxini jurisperitum.

Item venerabilis in Christo pater dominus Jacobus Abbas Monasterii Sancti Cucuphatis dixit idem cum domino Abbate Montisserrati.

Item honorabilis Narcissus Astrucii Archidiachonus Terrachone dixit idem cum reverendo domino Episcopos Barchinone et proxime dictis Abbatibus.

Item honorabilis Philippus de Medalia magister in Sacra Pagina dixit idem cum honorabili Narcisso Astrucii.

Item multum nobilis vir dominus Johannes Comes Cardone dixit: quod est oppinionis juxta cedulam quam dederant superius honorabiles Dalmacius Çacirera et alii cum ea adherentes.

Item multum nobilis vir dominus Anthonius de Cardona, Franciscus de Vilanova et Dalmacius Çacirera milites dixerunt idem cum domino Comite Cardone.

Item multum nobilis vir Petrus de Fonolleto Vicecomes de Insula et de Caneto dixit: quod erat illius oppinionis de qua jam fuerat videlicet de reverendissimo domino Archiepiscopo Terrachone et honorabilibus Guillelmo de Vallesica legum ac Bernardo de Gualbis utriusque juris doctoribus salvo tamen prejudicio si quod fuerit ratione dignitatis Archiepiscopatus et officii sindicatus.

Item pro terna Valentie elegit et nominavit honorabilem fratrem Vincentium Ferrarii magistrum in Sacra Pagina, Januarium Rabaça militem et Arnaldum de Conquis legum doctores si tamen aragoneses volunt transire, quod sic interveniant dictus honorabilis Arnaldus de Conquis: si vero noluerint transire cum eo, loco ipsius elegit et nominavit honorabilem fratrem Bonifacium Ferrarii donatum Cartusie decretorum doctorem.

Item dixit quod ternam Aragonie remittebat nominationi et electioni sexdecim personarum ex viginti quatuor duarum Conditionum videlicet Ecclesiastice et Regalis civitatum et villarum regalium secundum

quod superius jam obtulerunt et illam ternam habet pro nominata et electa.

Item nobilis Petrus de Cervilione dixit idem cum domino Vicecomite Insule.

Item honorabilis Mathias de Podio dixit idem cum proximo.

Item honorabilis Raymundus de Bagis dixit idem cum proximo.

Item honorabilis Johanes de Plano legum doctor dixit, quod erat penitus oppinionis reverendi domini Episcopi Barchinone et similem electionem et nominationem faciebat.

Item honorabilis Raymundus Fivallerii dixit idem cum domino Johane de Plano.

Item honorabilis Bernardus de Gualbis legum doctor dixit idem cum domino Johane de Plano.

Item honorabilis Franciscus Sant Celoni nominavit et elegit reverendissimum dominum Archiepiscopum Terrachone et honorabilem Guillelmum de Vallesica legum doctorem et fratrem Vincentium Ferrarii magistrum in Sacra Pagina.

Item pro terna Valentie honorabilem fratrem Bonifacium Ferrarii donatum Cartusie, Januarium Rabaça et Arnaldum de Conques legum doctores.

Item pro terna Aragonum reverendum Episcopum Oscensem et honorabilem Berengarium de Bardaxi jurisperitum et Franciscum Daranda donatum Portaceli.

Item honorabilis Guillelmus Domenge legum doctor dixit idem cum honorabili Francisco Sant Celoni.

Item honorabilis Johanes de Ribesaltes dixit, quod est opinionis reverendi domini Episcopi Barchinone.

Item honorabilis Petrus Grimau dixit idem cum dicto reverendo domino Episcopo Barchinone.

Item honorabilis Gundisalvus Garidelli legum doctor nominavit et elegit reverendissimum dominum Archiepiscopum Terrachone et honorabilem Guillelmum de Vallesica legum et Bernardum de Gualbis utriusque juris doctores.

Item pro terna Aragonum reverendum in Christo patrem dominum Episcopum Oscensem et honorabilem Berengarium de Bardaxi jurisperitum et Franciscum Daranda donatum Portaceli.

Item pro terna Valentie honorabilem fratrem Vicentium Ferrerii magistrum in Sacra Pagina, Januarium Rabaça et Arnaldum de Conques legum doctores. Si tamen cum dicto Arnaldo de Conques aragoneses voluerint transire quod sic: si tamen noluerint concordare nec tran-

sire cum dicto Arnaldo de Conques, loco ipsius elegit honorabilem Bonifacium Ferrarii donatum Cartusiensem.

Reverendissimus dominus Archiepiscopus Terrachone elegit et nominat honorabilem fratrem Vincentium Ferrarii magistrum in Theologia, Januarium Rabaça militem et Arnaldum de Conques legum doctores, fratrem Bonifacium Ferrarii donatum Cartusiensem decretorum, Guillelmum de Vallesica legum doctores et Franciscum Daranda donatum Portaceli.

Et per viam permissionis seu concordie dixit, quod sequebatur oppinionem honorabilium Francisci Sant Celoni et Guillelmi Domenge predictorum: propter tamen scandala et rupturam dixit, quod sequebatur majorem oppinionem dictarum viginti quatuor personarum si super proxima via concordare non possunt.

Omnes superius nominati jurarunt super quatur Dei Evangelia dicta vota et oppiniones secundum Deum et eorum conscientias dedisse et fecisse.

Presentibus Berengario Spigoler, Simeone de Podio-Grosso et Raymundo Bajuli notariis.

Quibus peractis, nominati superius, demptis dominis multum nobilibus Comite Cardone, Francisco de Vilanova et Dalmacio Çacirera, elegerunt honorabilem Magistrum Philippum de Medalia et nobilem Petrum de Cervilione ac honorabilem Johannem de Plano legum doctorem predictos dando eis potestatem tractandi cum nuntio Aragonum et aliis de quibus eis videbitur de nominatione predicta et concordandi de ipsa juxta majorem partem votorum superius datorum et expressorum et faciendi litteras ad Parlamentum Aragonie et alibi et alia faciendi quecumque fuerint ad exequtionem predictorum necessaria seu opportuna.

Et nichilominus comisserunt eis ordinationem salvitatis fiende de perjudicio pretenso per barones et milites etc.

Ulterius ipsa eadem die congregatis prenotatis ex xxiiii^or^ personis in camera reverendissimi domini Archiepiscopi Tarachone mandarunt scribi deputatis et sex personis quod faciant expediri sumpta autentica testamentorum regiorum et aliorum instrumentorum et scripturarum facientium pro successione regia. Item quod certificent se qualiter expense generales et comunia dividuntur inter regna et Principatum et de hiis scribant indilate.

Eadem itaque dominica post meridiem ad ipsum continuandum Parlamentum assignata qua fuit xiij eiusdem mensis marcii anno jam

dicto convocato et congregato Parlamento in dicta domo pro dicti Parlamenti continuacione et celebratione, fuerunt presentes hii qui sequntur.

Prelati et persone ecclesiastice.

Frater Jacobus Abbas Sancti Cucuphatis Vallensis.

Michael Falcho.. . . . . .
Petrus de Boscho.. . . . . .
Berengarius Serrat. . . . . .
Berengarius de Montrava.. . . . . .
} Procuratores predicti.

Nobiles et honorabiles.

Petrus Splugues procurator domini Comitis de Prades.

Galcerandus de Rosanis miles.. . .
Azbertus Çatrilla. . . . . .
Berengarius de Montcorb. . . . . .
Berengarius de Callar. . . . . .
} Domicelli.

Sindicus Johannes de Ribesaltes ville Perpiniani.

Quibus omnibus congregatis et locis sedentibus assuetis cum non forent pro nunc aliqua negocia in Parlamento fienda, superius nominati Parlamentum facientes et representantes continuaverunt et prorogaverunt ipsum Parlamentum ad diem martis proximam.

Subsequentur die lune quartadecima mensis marcii anno millessimo cccc°xii° superius nominati Magister Philippus de Medalia, nobilis Petrus de Cervilione et honorabilis Johannes de Plano in domo capituli Sedis Dertuse, vocato me Berengario Spigoler notario et Parlamenti generalis Cathalonie secretario per organum dicti nobilis Petri de Cervilione dixerunt et retulerunt michi notario: quod vigore et auctoritate comissionis et auctoritatum predictorum viderant et recognoverant diligenter vota data et facta per dictas xxiii personas super nominatione et electione illarum novem personarum que facere debent nostionem et publicationem Regis et quod facta de dictis votis vera computatione per ipsos constat et apparet manifeste per majorem partem dictorum

votorum fuisse electas et nominatas personas sequentes videlicet: reverendissimum dominum Petrum Çagarriga Archiepiscopum Terrachone et honorabilem Guillelmum de Vallesica et Bernardum de Gualbes, reverendum Dominicum Ram Episcopum Oscensem et honorabilem Berengarium de Bardaxino et Franciscum Daranda, Bonifacium Ferrarii donatum Cartusie, Januarium Rabaça et Magistrum Vincentium Ferrari: et quia per dictum vicecomitem de Insula et ipsum Petrum de Cervilione necnon Raymundum de Bagis et Mathiam de Podio milites et quosdam alios fuit nominatus et electus Arnaldus de Conquis cum conditione si posset de ipso cum aragonensibus concordari alias eligerant dictum donatum Cartusie prout in votis ipsorum clarissime intuetur, ideo ipse Magister Philippus de Medalia, Petrus de Cervilione et Johannes de Plano tractaverant et habuerant diversa colloquia cum nuntio Parlamenti regni Aragonum in ista civitate Dertuse presente et etiam cum aliis et temptaverant multum si possent de dicto Arnaldo de Conquis concordare cum eo: et quod tamdem habitis diversis tractatibus et colloquiis super istis non potuerant neque poterant de dicto Arnaldo de Conquis modo aliquo concordare immo opportuit in dicto donato Cartusie concordare et dictum Arnaldum de Conquis excludere ad evitandum rupturam que alias non poterat evitari. Qua propter, dictus Magister Philippus de Medalia, Petrus de Cervilione et Johannes de Plano ad evitandam rupturam maniffestissime iminentem concordabant et concordarunt de dictis novem personis superius expressatis videlicet, de domino Archiepisco Terrachone, Guillelmo de Vallesica et Bernardo de Gualbis, reverendo Episcopo Oscensi, Berengario de Bardaxino et Francisco Daranda, Bonifacio Ferrarii, Januario Rabaça et Magistro Vicentio Ferrarii et eas jam electas et nominatas elegerant et nominaverant illasque ad cautelam nominant et eligunt de presenti, requirentes deposcentes et ordinantes quatenus premissa in processu dicti Parlamenti continuarem.

Adveniente autem diey presentis quarta hora vel inde circa post prandium sive meridiem congregatis viginti quatuor personis in domo capituli in qua Parlamentum est moris celebrari pretacti Magister Philipus de Medalia, nobilis Petrus de Cervilione et honorabilis Johannes de Plano videlicet organo ipsius nobilis Petri de Cervilione dixerunt effectualiter coram ipsis que hodie de mane dixerant michi Berengario Spigoler antedicto.

Presentibus Raymundo Baiuli, Simeone de Podio grosso et Berengario Spigoler.

Comes Cardone, Franciscus de Vilanova, Dalmacius Çacirera et Galcerandus de Rosanis dixerunt, quod stabant in protestatis et non concessis in quadam cedula per ipsos super hac materia data et superius inserta.

Et eadem die lune honorabilis vir dominus Johannes de Sobirats sacrista ecclesie Cessarauguste nuncius et ambassiator regni Aragonie intus studium palacii Episcopalis civitatis Dertuse ubi dominus Archiepiscopus Tarachone hospitabatur in presencia ipsius domini Archiepiscopi et etiam honorabilis Jaufridi de Ortigiis in decretis licenciati et Guarcie Civera presbiteri porcionarii ecclesie Sancte Marie maioris Cessarauguste ac mihi Raymundo Baiuli notarii faciens fidem de sua potestate per duo publica instrumenta etc. nomine et pro parte ac vice dicti Parlamenti Aragonie, considerans nominationem et electionem factas de personis subscriptis, reverendissimo domino Archiepiscopo Tarachone, Guillermo de Vallesica et Bernardo de Gualbis etc. per Parlamentum Cathalonie; ideo ipse volens se conformare et concordare cum eis, nominavit et elegit easdem personas, et sunt sequentes: Archiepiscopus Tarachone, Guillermus de Vallesica, Bernardus de Gualbis Episcopus Oscensis, Berengarius de Bardaxino, Franciscus Daranda donatus Cartusie Januarius Rabaça et Magister Vincentius Ferrarii, requirens de isti sibi fieri publicum instrumentum per me dictum notarium.

Dicta die lune quartadecima marcii anno predicto post prandium congregatis viginti quatuor personis in domo capituli Sedis Dertusensis, puta infrascriptis reverendissimis dominis Archiepiscopo Tarachone, Galcerando Urgelli et Raymundo Gerunde Episcopis ac honorabili Narcisso Astrucii et Magistro Philippo de Medalia, necnon nobilibus Johanne Comite Cardone, Petro Vicecomite de Insula et de Caneto, Anthonio de Cardona, Petro de Cervilione, Francisco de Vilanova, Matias de Podio, Galcerando de Rosanis militibus et honorabili Bernardo de Gualbis et Raymundo Fivallerii, Petro Grimau, Johanne de Ribesaltes, Francisco de Santceloni et Guillermo Domenge ac Berengario de Montrava, Azberto Çatrilla promothoribus Parlamenti, affuerunt reverendus Geraldus Episcopus Sancti Flori et quedam alii ambassiatores Regis et aliorum dominorum Francie et facta verbo aliquali prefacione infrascriptorum obtulerunt et presentaverunt quandam papiri cedulam scriptam incipientem— Clamant Jurium divini canonici et civilis salubria statuta, etc.; ideo hic non continuatur quare die crastina iterum dabitur et presentabitur in publico Parlamento.

Qua quidem cedula oblata verbo, a superius nominatis, statim fuit petita copia de eadem, habentes eam pro lecta, requirentes, quod non claudatur instrumentum donech fuerit responsum: dixerunt nichilominus quod erat verum quia ipse xxiiij.^{or} persone non erant ad recipiendum nec audiendum tales presentationes deputate.

Ulterius ordinatione dictarum viginti quatuor personarum fuerunt emanate ex parte ipsius Parlamenti Prelatis, capitulis, Comitibus, Vicecomitibus et aliis magnatibus Consiliariis et Juratis civitatum et villarum regalium Cathalonie Principatus directe littere consimiles forme seu seriey sequentis, numero xxv.

Als molt honorables et molt savis senyors los Consellers de la ciutat de Barchinona.

Molt honorables et molt savis senyors: A lahor e gloria de nostre Senyor Deu e per gran consolacio vostra e de tots los sotsmesos a la gloriosa e alta Corona Darago vos certifficam per la present que jatsia per nostres peccats aquest Parlament e Principat continuament apres la dolorosa mort de nostre molt excellent savi e victorios Rey e senyor de loabla recordacio derrerament defunct fins al temps present haja grans e singulars affanys treballs [e] perplesitats, despeses e haja encorreguts dubtes perills e fortunes forts urgents mes e majors que explicar no poriem: pero la veritat es que Deus per sa infinida clemencia e pietat e segons piadosament crehem per intercessio de la sua gloriosa Mare e de monssenyer Sanct Jordi e per los merits de nostres leyals e famoses predeccessors nos han preservats xxii meses han passat o entorn de tots los dits perills e dampnoses e grans adversitats e havem continuat aquest Parlament, esquivant e preservant, no solament en lo Principat dessus dit, mas encare en altres regnes e terres de la dita Corona diverses mals scandols e perills de tot nostre poder e havem procehit tant com es stat en nosaltres continuadament en los affers de la discussio e conaxença per vera e mera justicia fehedora de nostre vertader Rey e senyor ab tota sinceritat e puritat de consciencia e de pensa. E jatsia que per la arduitat e magnitud de fet e per la indisposicio e divisio dels altres regnes e terres los dits affers hagen preses dilacions e turbacions algunes de quens dolem singularment: empero per gracia divinal e singular treball e cura de aquest Parlament los dits affers son huy en bona e fort notabla disposicio; car segons crehem siats ja informats en lo mes de janer prop passat nosaltres tramessem gran e solemne embaxada e de persones de gran auctoritat, fama e consciencia al Parlament Darago per apunctar concloure e finar tots los preparatoris e disposicions a la

dita discussio e conexença necessaris expedients e profitosos, la qual embaxada apuncta concorda e fina ab lo dit Parlament del regne Darago tots los dit preparatoris molt loablament e solempne a servey de de Deus e gran benavenir dels affers e gran seguretats de la justicia e profit de tota la cosa publica: la qual concordia axi com a sancta e molt profitosa fon tantost, premesa certa protestacio, per los dits valencians e altres loada e approvada. E per tant com segons la dita concordia per exequcio dels dits affers restava tan solament que los Parlaments se concordassen es convengut de nomenar e elegir nou persones, les quals o les dues part daquelles, ço es sis, han plen bastant e general poder de hoyr tot ço que los competitors de la dita Corona volran alegar o proposar per scrit o de paraula e de conexer e publicar segons Deu e justicia e lur bona consciencia qual devem haver per nostre vertader Rey e senyor: e esse seguit que los Parlaments entre si e uns ab altres en diverses maneres e ab grans treballs han contractat e debatut de les dites nou persones. E jatsia que segons juhi humanal considerades les multitud e diversitat de oppinions fos reputat quaix imposible que tots los dits Parlaments e los entrevenients en aquells poguessen james concordar e esser de un voler u oppinio de les dites nou persones: pero nostre Senyor Deu qui no vol que aquesta leyal e famosa nascio perescha usant de sa infinida potencia misericordiosament ab nosaltres ha units e concordats los dits Parlaments en la manera seguent: ço es, que huy dada de la present, aquest Parlament en concordia e los missatgers del regne Darago e dels valencians en aquesta ciutat de Tortosa per aquest acte presents en nom e veu de lur principals sabents la intencio e voler de aquells concordablament e tots ensemps segons Deu e bona consciencia havem concordades, elegides e nomenades les dites nou persones, les quals son les seguents: los molts reverends pares en Christ e honorables senyors monsseyer P. de Çagarriga licenciat en decrets Archabisbe de Tarragona e micer Guillem de Vallseca en leys e micer Bernat de Gualbes en quescun dret doctors, monssenyer Domingo Ram doctor en leys Bisbe Doscha e en Berenguer de Bardaxi famos jurista e monssenyers Francesch Daranda donat de Portaceli del orde de Cartoxa, monssenyer Bonifaci Ferrer donat del dit orde de Cartoxa en decrets monssenyer Giner Rabaça en leys doctors e frare Vicent Ferrer maestre en Theologia del orde dels prehicadors: e aquestes nou persones deuen esser en lo loch de Casp daci a xxviii del present mes per fer dins cert breu e rahonable temps la dessus dita conexença e publicacio de nostre vertader Rey e senyor: les quals nou persones apres que hauran confessat e reebut lo sagrat cors de Jhesu-Christ e hoyda solemna missa e ser-

mo facen publicament solemne vot e sagrament sobre la vera Creu els sancts Evangelis de procehir e enantar en lo dit fet segons Deu e vertadera justicia. Veus aquests fets com han caminat e la bona e loabla disposicio en que son posats. Vullats donchs, molt honorables e molt savis senyors e quescun devot cristia e leyal sotsmes a la dita Corona devotament considerar quantes e com singulars gracies nos ha Deu fetes no solament en los temps passats donant a aquesta nascio singulars prosperitats e victorias e prerogatives de singular, famosa e inmaculada leyaltat, mes encara en lo present preservantnos de sinistres, scandols, adversitats e perills molt grans, los quals encorren los regnes e terres viduats e orbats de lur Rey e senyor per justicia, elegint en concordia tals e tan singulars e tan notables persones per aquest acte. O quanta consolacio deu esser a quescun e com deu haver la sua leyaltat e animada, quieta e assegurada e com deu esser fora de sa consciencia tots scrupols, com pensa que tals e persones de tanta auctoritat, vida, sciencia e gran fama han segons Deu e justicia nostre vertader Rey e senyor manifestar; considerant ab pença indifferent e devota la gran probitat, leyaltat gran dignitat e sancts ordes, virtuosa antiquitat, vida e fama profunda e clara sciencia, neta e inmaculada consciencia, experiencia daffers e gran e singular abtesa gran devocio e affeccio a Deus e a veritat, gran consciencia e fermetat e altres molt grans e fort singulars virtuts e dons de natura que en les dites nou persones florexen e resplandexen maravellosament e son per tot lo mon de aquelles expendides, publicades e manifestades: e per conclusio e tolre tot scrupol de sospita pot quescun pensar e indubitadament creure que Deu e la sua justicia e veritat seran certament en lo fet en lo qual entrevinra aquella sancta persona maestre Vicenç Ferrer qui es norma exemplar e miral de tota religio, justicia, penitencia e veritat, la predicacio, vida e obres del qual no sabem si digam que son maravelloses o miraculoses. Placius pensar e imaginar les oracions e exortacions del dit maestre Vicent quant approfitaran continuadament entre semblats persones com sovint sia stat vist que a una sola sua predicacio inveterats peccadors se son convertits. Pensats donchs molt honorables senyors, si aquest refermara en les dites persones molt constant e singularment fermes virtut e justicia: e alegratsvos en nostre Senyor e a ell de qui venen totes gracies retets benediccions e lahor donant orde, cant a vosaltres se pertague, que solemnes professons misses e sermons e altres piadoses e devotes obres sien generalment fetes, car semblant sera aci fet per nosaltres per fer dignes gracies del passat e per impetrar que en lesdevenidor vulle per sa merce illuminar les dites persones a gloria e laor sua e a exelçament de la gloriosa Corona Dara-

go e profit e honor de tota la cosa publica. E sia lo Sant Sperit vostra guarda. Dada en Tortosa sots lo segell secret del molt reverent Archabisbe de Terragona a XIIII dies de març del any mil CCCCXII.

Postmodum itaque die martis que fuit XV mensis marcii anno jamdicto millesimo quadringentesimo duodecimo de mane in domo capituli supradicta pro continuando et celebrando dictum Parlamentum intervenerunt et presentes fuerunt hii qui proxime subsequntur.

Prelati et persone ecclesiastice.

Petrus Archiepiscopus Tarachone.
Galcerandus Urgellensis. . . . . } Episcopi.
Raymundus Gerundensis . . . . . }

Frater Marchus Montisserrati. . . . }
Frater Jacobus Sancti Cucuphatis. } Monasteriorum Abbates.
Vincentius Agerensis. . . . . }

Michael Falcho domini administratoris ecclesie Dertuse. }
Petrus de Boscho capituli ecclesie Gerunde. . . . . }
Narcissus Astrucii capituli ecclesie Tarachons.. . . . . }
Raymundus Ferrarii capituli Urgellensis ecclesie.. . . . } Procuratores.
Berengarius Serat domini Castellani Emposte substi- }
tutus. . . . . }
Berengarius de Montrava domini Abbatis de Rodes. . . }

Nobiles et honorabiles viri.

Johannes Comes Cardone.
Petrus de Fonolleto Vicecomes Insula et Caneti.
Anthonius de Cardona.
Petrus de Montecatheno.
Petrus de Cervilione.
Acardus de Muro.
Franciscus de Vilanova.
Raymundus Dorcau.
Georgius de Caramany.
Simo de Muro.
Poncius de Caramany.

Petrus Splugues procurator domini Comitis de Prades.
Berengarius de Ulmis miles procurator domini Bernardi de Capraria.

Galcerandus Dorcau.	Milites.
Petrus de Gallinariis.	
Dalmatius Çacirera.	
Franciscus de Pau..	
Raymundus de Bagis.	
Johannes de Vilamarino.	
Raymundus Çacirera.	
Mathias de Podio.	
Petrus Dortafa..	
Manuel de Rajadello..	
Petrus Galcerandus de Cartella. . . .	
Riambaldus de Corbaria.	

Dalmatius de Castro Episcopali. . . .	Domicelli.
Berengarius de Callar..	
Azbertus Çatrilla.	
Dalmatius de Sancto Martino..	
Berengarius de Montcorb..	
Galcerandus Çamata..	
Franciscus de Ulmis.	
Jacobus de Tagamanent..	
Guillermus de Medalia.	
Franciscus Sent Marti	
Petrus de Miravalls.	
Simon de Montoliu.	
Petrus Blan.	
Guillermus Raymundus de Montagut.	
Bernardus de Palou..	
Raymundus de Riquer.	
Bertrandus de Montrodon	
Petrus de Canadal..	
Guillelmus de Saguero.	
Gueraldus Alamanii de Toralla.. . . .	
Raymundus de Calders.	

Sindici honorabiles.

Johannes de Plano.	Barchinone.
Bernardus de Gualbis.	
Raymundus Fivallerii.	
Bonanatus Petri.	
Guillermus Domenge.	Gerunde.
Franciscus Santceloni.	
Petrus Grimau.	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.	
Gondissalbus Garidelli.	Dertuse.
Petrus Prats.	Villefranche Penitens.

Quibus omnibus sic congregatis representantibus et facientibus Parlamentum, affuit in eo egregia domina Johanna de Prades domini quondam Petri de Prades uxor que, ex parte ut dixit, illustrissimi domini Martini, alte recordationis regis Aragonie relicte, exposuit et explicavit et magis late exponi et explicari fecit per honorabilem Manuelem de Raiadello militem nonnulla verba concludencia in effectu rogamina quod Parlamentum generose succurreret eidem domine regine Margarite in magna egestate posite et sibi adjuvaret in isto casu pluribus rationibus atque causis inibi expressatis.

Parlamentum vero auditis predictis dixit et respondit eidem organo domini Archiepiscopi Tarachone quod valde condolebat de predictis relatis et quod deliberaret et responderet in brevi.

Fuit postea lecta in dicto Parlamento quedam littera hujusmodi seriey.

Als molt nobles e honorables senyors lo Parlament general del Principat de Cathalunya ajustat en Tortosa.

Molt reverents, nobles e honorables senyors: Laltra dia scrivi a vostres reverencies, nobleses e honorables savieses del punt en que los affers de aquesta ciutat e regne eren e lo dia present dixi als honorables Jurats quels plagues desempatxarme, pus los dits affers son per gracia de Deu en bona disposicio; los quals me responguerem en pregaren en nom daquex Parlament quem volgues aturar alguns dies per concordar e per portar a deguda e bona fi los dits affers ab ells ensemps pus fins axi hi habia tant treballat: de que seguons he entes deuen scriure a vostres reverencies, nobleses e honorables saviesas. A la qual cosa respongui que

u scriuiria a vosaltres e faria e compliria ço que per vostres reverencies, nobleses e honorables savieses me seria rescrit e no en altra manera. Perque us placia scriurem ço que plasent vos ne sera quen faça, cor de tot cert los dits affers seran fort prests en tals termens que Deu ne sera loat e vosaltres aconsolats, e ab concordia de tot lo regne trametran lur missatgeria al loch diputat a la general congregacio. E sia molt reverents, nobles e honorables senyors lo Sanct Sperit vostra guarda. Scrita en Valencia a VIIII de març.—*A vostre servey e manament prest Francesch Darill missatger vostre trames en regne de Valencia.*

Qua lecta nihil inde fuit super contentis in ea provisum.

Insuper fuit habita mencio in Parlamento per nobilem virum dominum Johannem Comitem Cardone, quod dominus Gubernator et honorabilis Franciscus Burgues eius adjunctus fecerant inibicionem quod nullus qui portet litteras aliquorum de Parlamento audeat exire ab hac civitate donec licenciam obtinuerit ab ipsis seu aliquo ipsorum, quare cum ut dixit ista fiat perjudicialia [Parlamento et Conditionibus ac singularibus de eodem et privilegiis ac libertatibus ipsorum dixit quod esset bonum quod ista revocarentur et reverterentur pristinum ad statum.

Nobilis autem Gubernator et honorabilis Franciscus Burgues eius adjunctus responderunt et dixerunt: quod ipsi nullam inibicionem fecerant, attamen videntes fore necessarium et magis securum et utile Parlamento Condicionibus et singularibus eiusdem predictis in viam securioris et utilioris provisionis ordinarunt quod omnes portantes litteras eundo et veniendo aliquibus seu de aliquibus de Parlamento non auderent intrare vel exire nisi se presentarent eisdem vel aliquibus ipsorum pro tollendo ut dixerunt omnem fraudis et scandali materiam eorum. Ita quod pro bono dicti Parlamenti et aliorum jamdictorum debeat fieri ut dixerunt, attamen quod littere alique non capiebantur per eos vel aliquos ipsorum mandato et quod an istud deberet continuari vel amoveri seu cessari dixerunt se velle stare consilio et ordinationi dicti Parlamenti.

Et hiis dictis dictum Parlamentum quoad presens super his nullam fecit provisionem.

Ceterum in dicto Parlamento fuerunt et comparuerunt, reverendus dominus Geraldus Episcopus Sancti Flori et quidam alii ambassiatores duorum regum Francie, Jhierusalem et Sicilie, ac domine Yolandis eiusdem domini regis Jherusalem et Sicilie consortis ac etiam aliorum dominorum de Francia et dictus dominus Episcopus Sancti Flori nomine et in personam ut asseruit suo et aliorum eorum ambassiatorum verbo dixit nonnulla offerendo ut dixit ad jam scripta per ipsos tradita et tradenda, que verba hic continuari ommittuntur.

Et his dictis obtulerunt et tradiderunt quandam papiri cedulam scriptam quam in eodem Parlamento legi publice petierunt et requisiverunt et est huiusmodi seriey.

Clamant Jurium divini canonici et civilis salubria et statuta quod lites et discordie absque suspicione terminari debent, quodque ubi adest infra suspicionis causa licitum est presentibus judices quoscumque et illos qui ad investigandum, noscendum, publicandum seu declarandum justiciam deputarentur quovis modo et sub quovis causa legitima proposita non admissa vel maliciose repulsa quod per tales sic debite recusatas quovis modo in perjudicium partis aptentur, de jure nullum obtinet robur firmitatis, quod si hoc in causis etiam levibus ordinarunt jurium conditores inviolabiliter observari per amplius in gravibus et ubi de grandi inmenso et inreparabili perjudicio agitur, ut in casu nostro, servande sunt sanciones prelibate contra quam venientes notorie justicie veritatem violant, Deum, offendunt, partem et propiam ledunt conscientiam et fortasse in casu isto ubi de recognicione et declaratione per justitiam fiende successionis Corone Aragonie agitur in crimen infidelitatis et lese magestatis incidunt. Ea propter reverendissimi patres magnifice potentes et magne providencie domini, Parlamentum generale Cathalonie in civitate Dertuse presenti facientes et tenentes, si memorari velitis superius per ambassiatores et procuratores serenissimorum et potentisimorum principum duorum regum Francie, Jherussalem et Sicilie nec non serenissime domine Yolandis eiusdem domini regis Jherussalem et Sicilie consortis illustrissimique Principis domini Ludovici dictorum Regis et Regine Jherussalem filii primogeniti filie et nepotis in linea recta descendentium recolende memorie domini Johannis Aragonie Regis pro et nomine dictorum regine Yolandis et Ludovici conjunctim et divisim quorum quilibet jus in successione Corone Aragonie asserit et pretendit habere, fuistis cum debita instantia in vestro Parlamento generali requisiti quatenus veritatem justitie secuti juxta juris comunis ordinationem velitis magnas personas magne auctoritatis et scientie boneque fame et recte consciencie venerint pretium debite suspectas sicut et expresse ut dicitur etiam cum juramento et voto facere polliciti estis eligere et nominare pro investigando noscendo publicando et declarando ad quem competitorum secundum Deum et justitiam perenniter debeat huius Corone Aragonie successio seu cui ex ipsis ut vero vestro Regi et domino obedire debeatis; protestando semper specialiter et expresse quod si contrarium faceretis et personas ad premissa peragenda nominaveritis seu deputaretis suspectas et que non forent

Condicionis et qualitatis premissorum seu quorumvis nominacionis vel eleccionis factis vel fiendis de talibus personis dissentiretis, non intendebant ambassiatores predicti nominibus quibus supra tali nominationi eleccioni vel deputationi consentire, quin potius contradicebant expresse nec erat ipsorum intentionis sive nec est coram talibus comparere protestando etiam de loco nimis tuto et die avia quemadmodum ex proposicionibus factis in Parlamento et cedulis protestacionis eidem traditis loculencius apparere potest: hinc est quod ambassiatores predicti in predictis requestis et protestacionibus persistentes die sabbati post meridiem que fuit duodecima huius mensis ffebroarii vobis reverendissimis magnificis et magne providentie dominis Parlamentum generale Cathalonie tunc tenentibus et facientibus similes requestas et protestaciones fecerunt: et cum hoc requisiverunt quod cum ambassiatores predicti aliquos nominare vellent quos partibus suis et quilibet ipsarum reputabant sicut et reputant ex justis causis ymmo manifeste et notorie suspectos, Parlamentum ipsum aliquos ex eis deputare vellent quibus hoc secretius per honoris nominandorum conservacionem operire dicere et declarare non possent suntque ad id per Parlamentum deputati reverendus pater dominus Abbas Montisserrati, dominus Mathias de Podio miles, dominus Guillermus Dominici legum doctor, quibus exposuerunt ambassiatores predicti nominibus quibus supra per reverendum patrem dominum Dominicum Ram Episcopum Oscensem habebant et reputabant cuilibet suarum partium debite ymmo manifeste suspectum ex eo et pro eo per maximum quia allegationes jurium conscripsit in favorem alterius competitorum et sibi consilium prebuit in hac causa et favorem sicque de jure non debet reputari, nec est ad promissa peragenda ydoneus. In super dixerunt et asseveraverunt jam dicti ambassiatores nominibus quibus supra, quod dominos Franciscum Daranda et Bonifacium Ferrer se dicentem Magistrum dompnum Cartusie habent notorie suspectos ex eo quare pro eo quod sunt et fuerunt a tribus annis citra viri injuncti serenissimorum dominorum jamdictorum regum Francie, Jherossolime et Sicilie domine Regine et domini Ludovici et tales se esse palam manifeste et notorie verbo et facto se ostenderunt, propter quod ex speciali dictorum duorum injunctorum jamdictos Franciscum et Bonifacium recusarunt et recusant ut suspectos sed et idem dominus Franciscus non est nec reputari debet ydoneus salva reverentia cum sit illiteratus saltem in scientia juris divini canonici et civilis et maxime in tanto tamque arduo negotio sed et est clarum de jure quod homines professionis Cartusie soli contemplacioni vacare tenentur ut sunt dicti Franciscus et Bonifacius de talibus causis et temporalibus se quovismodo

intromittere non debent, nec etiam juri et rationi convenit ad similia peragenda nominare duos germanos propter affectionem carnalem quia alius alterius oppinioni credere presumeretur. Propterea dixerunt et proposuerunt ambassiatores predicti nominibus quibus supra, quod dominum Berengarium de Bardaxino habebant et reputabant merito suspectum pro eo quod idem Berengarius ab altero competitorum pensionem recepit videlicet quingentorum florenorum pro mense, filius etiam eius pariter pensionem recipit palamque manifeste et notorie alter pretium in hac causa consilium prebuit et favorem sicut adhuc prebet, haberi autem suspicionis et recusacionis causas contra quemlibet predictorum dictas et propositas ambaxiatores et procuratores predicti nominibus quibus supra dixerunt fore manifestas et notorias et in quantum probationem agerent obtulerunt et offerunt se probaturos, hinc non astrinxerunt se ad probandum nisi simpliciter et tantum quod jure sufficiat ad predictos et contra quemlibet debite repellendum; propterea ambassiatores et procuratores predicti nominibus quibus supra tam conjunctim quam divisim in prefatis requestis et protestacionibus persistentes, iterato et in quanta instancia valent et possunt vos dominos predictos generale Parlamentum tenentes seu representantes sumant et requirunt quatenus personas dictis partibus suspectas presertim prenarratos dominum Episcopum Oscensem, Franciscum Daranda, Bonifacium Ferrerii et Berengarium de Bardaxino ex causis premissis et alias debite suspectas nec eligatis vel nominetis ad investigationem et publicationem justicie successionis Aragonie nec nominatione vel eleccioni per vos vel alios quovis de personis suspectis et maxime de predictis si que facta fuerint consentiatis quovis modo; alias expresse nominibus supra ambassiatores et procuratores predicti ut supra protestantur quod tali nominationi et eleccioni non assenciunt sed expresse contradicunt. Protestantur etiam de nullitate processus et notoria injusticia et quod coram talibus personis et in loco assignato non sunt intentionis comparendi et jura suarum parum deducendi et alias prout melius de jure. Et hanc protestacionem et alias postulant in actis Parlamenti redigi et in forma publica ipsis de ea et aliis jam datis copiam tradi.

Quaquidem papiri cedula oblata, cum Simeon de Podio grosso unus ex notariis et secretariis dicti Parlamenti ipsam legere vellet, dictum Parlamentum habuit, ut dixit reverendissimus dominus Archiepiscopus Tarachonensis, eam pro lecta et pro publicata, petens inde copiam sibi dari et tradi.

Et tunc dicti reverendissimus dominus Episcopus Sancti Flori et alii ambassiatores prelibati petierunt et habere voluerunt publica in-

strumenta. Dictum autem Parlamentum, loquente dicto domino Archiepiscopo, petiit copiam ipsam et requisivit notarium et secretarios dicti Parlamenti et alios siqui forte forent quod traderent sibi dictum translatum seu copiam quod ad claudendum instrumentum requisitum minime procederent donec ipsum Parlamentum habita jam dicta copia suppradictis respondisset.

Testes inde fuerunt ad predicta presentes discretus Matheus de Montesono procurator regius civitatis Dertuse et Berengarius Spigoler notarius.

Subsequenter fuit habita et facta mencio per Promothorem in Parlamento quod assignarentur certe persone que tractarent et prorogarent cum nunciis et ambassiatoribus nobilis Nicholai Doria locorum Insule Sardinie negotia cum ipsis peragenda.

Parlamentum itaque providit et assignavit reverendum et honorabilem Abbatem Agerensem, Narcissum Astrucii Archidiaconum Tarachone, nobilem Georgium de Caramany, Berengarium de Ulmis milites, Raymundum Fivallerii Barchinone et Franciscum Santceloni Gerunde sindicos, dantes eis potestatem plenariam tractandi.

Et hiis omnibus peractis, Parlamentum prorogavit et continuavit eundem ad diem presentem post meridiem in loco predicto.

Successive autem post meridiem predicte diey xv marcii anni jamdicti a nativitate domini millesimo quadringentesimo duodecimo in domo eadem pro continuando dicto Parlamento fuerunt presentes hii qui proxime sequntur.

Ecclesiastici.

Petrus de Boscho.	Procuratores predicti.
Berengarius de Montrava.	
Riambaldus de Corbaria	Milites.
Petrus de Gallinariis..	
Dalmatius de Castellbisbal.	Domicellus.
Bernardus de Gualbis.	Barchinone.
Guillermus Domenge.	Gerunde.
Gondissalbus Garidelli..	Dertuse.

Quibus congregatis et sedentibus ut est moris, faciendo et representando Parlamentum prorogarunt et continuarunt eundem in loco predicto ad diem crastinam de mane cum non forent ad presens aliqua negotia Parlamenti.

Posterius itaque ipsa die crastina de mane que fuit dies mercurii XVI mensis marcii jamdicto anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo duodecimo in domo capituli antedicta pro continuando Parlamento eodem comparuerunt et presentes fuerunt hii videlicet qui sequntur.

Prelati et persone ecclesiastice.

Petrus Archiepiscopus Tarachone.

Galcerandus Urgellensis.. . . . . } Episcopi.
Raymundus Gerundensis.. . . . . }

Frater Marchus Montisserrati. . . . } Monasteriorum Abbates.
Frater Jacobus Sancti Cucuphatis. }

Michael Falcho. . . . . }
Petrus de Boscho. . . . . }
Narcissus Astrucii. . . . . } Procuratores supradicti.
Raymundus Ferrarii.. . . . . }
Berengarius Serrat. . . . . }
Berengarius de Montrava. . . . . }

Nobiles et honorabiles viri.

Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti.

Antonius de Cardona. . . . . }
Petrus de Montecatheno. . . . . }
Petrus de Cervilione.. . . . . }
Acardus de Muro. . . . . }
Franciscus de Vilanova.. . . . . } Milites.
Raymundus Dorcau. . . . . }
Georgius de Caramany. . . . . }
Simon de Muro.. . . . . }
Poncius de Caramany.. . . . . }

Petrus Splugues..	Procuratores predicti.
Berengarius de Ulmis miles.. . . .	

Petrus de Gallinariis..	Milites.
Raymundus de Bagis.	
Galcerandus de Rosanis..	
Manuel de Rajadello..	
Franciscus de Pau.	
Dalmatius Çacirera..	
Mathias de Podio.	
Petrus Dortaffa.	
Riambaldus de Corbaria.	
Petrus Galcerandus de Cartella. . .	
Dalmatius de Sancto Martino. . . .	

Azbertus Çatrilla.	Domicelli.
Berengarius de Callar.	
Berengarius de Montcorb..	
Dalmatius de Castro Episcopali. . .	
Guillermus de Tagamanent.	
Galcerandus Çamata..	
Michael de Besora.	
Guillermus de Medalia.	
Raymundus de Calders.	
Guillermus de Seguero	
Petrus de Canadal.	
Raymundus de Riquer	
Petrus Blan	
Simon de Montoliu	
Petrus de Miravalls.	
Franciscus Sent Marti..	

Sindici honorabiles.

Johannes de Plano..	Barchinone.
Bernardus de Gualbis.	
Raymundus Fivallerii..	
Bonanatus Petri..	
Franciscus Sentseloni.	Gerunde.
Guillermus Domenge.	

Petrus Grimau et Johannes de Ribesaltes.	Perpiniani.
Gondissalbus Garidelli..	Dertuse.
Petrus Prats.	Villefranche Penitens.

Quibus omnibus ita congregatis et sedentibus ac Parlamentum facientibus et representantibus ut est moris, fuit habita mocio in Parlamento quod Parlamentum ipsum provideret celerius quo posset circa generosum succursum petitum die proxima preterita per egregiam dominam Johannam de Prades nomine et ex parte Illustris domine regine Margarite: Parlamentum itaque in et super predictis sic providit scilicet: quod elegit et nominavit reverendum dominum Raymundum Episcopum Gerundensem, et honorabilem Raymundum Ferrarii decanum Urgelli, nobilem dompnum Antonium de Cardona et honorabilem Dalmatium Çacirera milites, Bonanatum Petri, Guillermum Domenge doctores ad interessendum et conferendum simul et videndum secundum Deum et eorum conscientias quomodo et qualiter debet subvenire eundem domine regine Margarite in suis propositis necessitatibus, et de illo quod eis videbitur fore faciendum vel subveniendum relationem faciant Parlamento quod postea super ipsis debite providebit.

Post predicta honorabilis Dalmatius Çacirera miles dixit verbo et proposuit in Parlamento quod ipse et quidam alii procuratores tam reverendi Castellani Emposte quam plurimorum nobilium, militum et hominum de paratico de quibus aliquos inibi nominavit verbo dixerant in Parlamento tam nominibus eorum propiis quam suorum principalium aliqua verba que postea redacta in scriptis fuerunt tradita in dicto Parlamento et inde requisitum fieri instrumentum: quare ad uberiorem cautelam etiam ut dixit nominibus predictis stabant et perseverabant in dictis verbo et propositis in scriptis per eos nominibus prelibatis et nichilominus quod in nominacione eleccione et publicacione illarum novem personarum que facere debent noscionem et publicationem Regis et domini nostri veri non consentiebant nominibus jam tactis nisi eo modo quod continuebatur in quadam cedula per ipsum coram viginti quatuor personis per actum Parlamentum electis his diebus oblata supra dictarum novem personarum eleccione et nominatione et absque ipsius cedule et contentorum in ea perjudicio aliquali.

Denique autem in Parlamento eodem fuit tradita notario ipsius Parlamenti quedam cedula ad tres requestas et protestaciones factas per reverendos et honorabiles ambassiatores Illustrium duorum regum Francie, Jherussalem et Napolis et aliorum dominorum de Francia reve-

rendo, egregio, nobili et honorabili Parlamento Cathalonie Principatus responsionem et alia in se continentem.

Jhesus Christus

Tribus requestis et protestationibus factis et in Parlamento oblatis per reverendum in Christo patrem dominum Galcerandum Episcopum Sancti Flori et quosdam multum honorabiles dominos ambassiatores domini regis Francie, regis Jherossolime et Neapolis et aliorum dominorum de Francia aliisque nominibus ibidem expressatis, respondet dictum Parlamentum et dicit, quod qualitas et conditio personarum que audire videre examinare et presentare debent lineam justicie regie successionis pro informando regnicolarum Corone regie horum regnorum et Principatus conscientias satis annotescit huic Parlamento. Nec quoad hunc articulum instruccionibus indiget aliorum et dictum Parlamentum cui melius quam dominis requirentibus et protestantibus, salvo debito honore ipsarum personarum, ad cognitionem similium cum sint regnicole et compatriote est noscior sufficiencia illarum, ipsum non latent probitas consciencie puritas et perfeccionis, professiones alieque virtutes, talibus requisicionibus vel similibus hucusque quod non variavit semper dedit responsum scilicet: quod persone que per dictum Parlamentum nominande, eligende et publicande cum aliis Parlamentis ad informandum regnicolarum consciencias super justicia veri eorum Regis et domini sunt persone magne probitatis fame notabilis consciencieque pure talibusque multiplici idoneytate et virtute pollentes quod ipsorum regnicolarum conscienciam ad suam informandam super veri et unici Regis justitie proprius et principaliter eliguntur earum dicto et consilio lucide informato continebatur, omnibus aliis intricacione substilitate rejectis. Et quarum ad articulum suspicionum que contra aliquos nominatos in ipsis requestis et protestacionibus alleguantur si et ubi illi intervenire debeant ad examinationem articuli antedicti, dictum Parlamentum legalitatis et ignate fidelitatis beneficio in eorum animis [indeli] bilis caracter recondito et infixo quantum ad ipsum expectet et ad actus qualitatem pertineat et implebit quod fieri debere cognoverit et impleri omnis rectitudinis intencione remota taliter quod nullus competitorum actus de quo agitur et discutitur aliter qualitatem et moderatam quam requirit dictus actus celeritate pensionis habere debebat sicut nec usque nunc habuit justam maneram querelandi. Et quia dicti reverendus pater et multum honorabiles domini ambassiatores et procuratores in dictis requisicionibus et protestationibus cominantur se non comparere in loco et coram personis nominatis et concordatis licet nondum publica-

tis ymo dixerunt se velle recedere dictum Parlamentum ad cautelam licet insinuatio jam facta fuerit personaliter illustribus principalibus eorundem dictos ambassiatores et procuratores cum presenti scriptura insinuat quatenus si vellent accedere debeant ad locum ad examinacionem et investigacionem rei de qua agendum est destinatum et personas per hoc et per alia Parlamenta invicem concordatas de juribus ipsorum suorum illustrium principalium plene interveniant, ut sic dicte persone instructe conscientias regnicolarum Corone regie Aragonie lucidius informare et quietare possint de justitia veri Regis alias dictum Parlamentum quantum ad ipsum spectet protestatur quod non remanet per eum nec remanebit per personas jam dictas. Et si recedant voluntaria illis absentia vel presencia jura suorum illustrium principalium videbuntur plenissime et discutientur et examinatio omnium competitorum egualanter procedent et alicui illorum et procuratorum obscura non nocebit. Quam responsionem, denegatis protestacionibus nullitatum et aliis in cedulis ipsorum trium requisicionum contentis quantum faciant et esse videantur contra ipsum Parlamentum et deviat ab intencione ipsius Parlamenti et obstet nature et condicioni actus de quo agitur suntque contrarie libertatibus et privilegiis ipsius Parlamenti, requirit ipsum Parlamentum per vos notarium continuari in fine requisitionum et protestationum jam dictarum et confisi ac ei et residentibus in eodem tradi publicum instrumentum.

Quaquidem papiri cedula oblata et lecta incontinenti, reverendi et honorabiles ecclesiastici ibidem presentes unanimiter concordes dixerunt verbo responsionem ipsam bonam esse et ipsam acceptarunt, laudarunt et approbarunt eamque pro eis et Conditione sua obtulerunt et dederunt nec non etiam honorabiles sindici universitatum, civitatum et villarum regalium ibidem presentes pro ipsis et sua Conditione ut dixerunt prout prelati et alie ecclesiastice persone fecerant laudarunt et approbarunt ipsamque per ipsis et eorum Condicionem dari et tradi voluerunt eam laudantes et approbantes.

Nobilis vero Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti et Petrus de Cervilione miles dixerunt verbo quod postequam dictis duabus Condicionibus erat grata et acceptabilis dicta responsionis cedula etiam et ipsi habebant ac pro ipsis dari et offerri volebant.

Honorabilis autem Dalmatius Çacirera verbo dixit: quod dicte responsioni minime consentiebat ymo discentiebat expresse per se et sibi adherere volentibus in quantum facerent contra mentem vel seriem cedularum per ipsum nominibus predictis jam oblatarum in Parlamento et XXIIII^or^ personis.

Honorabilis vero Berengarius de Ulmis nomine suo propio et procuratoris nobilis Bernardi de Capraria verbo etiam dixit: quod sibi dictis nominibus placebat quod fieret dicta responsio et ipse acceptabat et laudabat eandem sine tamen perjudicio et derogacione eiusdam cedule jam per ipsum nominibus antedictis in Parlamento oblate.

Et successive similem acceptationem fecit honorabilis Dalmacius de Castro Episcopali domicellus de predicta responsione sub simili conditione et retentione quam fecit honorabilis Berengarius de Ulmis miles nominibus antedictis: quequidem verba obtulit se daturum in Parlamento extensius per scripta.

Et hiis omnibus ita peractis et dictis, omnes superius nominati petierunt et requisiverunt ipsam in processu Parlamenti inseri et ipsis ut cuilibet eorum et suorum principalium vel illorum nomine que agunt fieri et tradi unum et plura publicum seu publica instrumenta ad habendum memoriam in futurum; presentibus testibus discretis Raymundo Baiuli et Berengario Spigoleris notariis.

Preterea fuit in dicto Parlamento per procuratores oblata tradita et lecta quedam cedula certam ordinationem in se continentem huiusmodi seriey.

Parlamentum generale Principatus Cathalonie: Visis requisitionibus et protestationibus per reverendum in Christo patrem dominum Episcopum Sancti Flori aliosque multum honorabiles dominos ambassiatores illustrissimi domini regis Francie aliorumque dominorum Francie aliisque nominibus in ipso Parlamento in tribus cedulis oblatis et lectis: Visaque et considerata serie earundem: Attento quod persone que examinare perscrutari noscere et publicare debent veri Regis justitiam per ipsum et alia Parlamenta cum multis expensis et laboribus ac longo spatio temporis nominate et invente per Dei gratiam cum infinitis difficultatibus concordate sint persone probate vite fame notabilis conscientie pure et multiplici idoneitate et maxima honestate dotate ut ipsum Parlamentum: Pensatisque natura et qualitate actus de quo agendum est et effectu ad quem faciende sunt principaliter et propius examinatio nostio investigatio et publicatio jam predicte: Habens coram occulis universalis bonum quatenus reipublice regnorum et Principatus Corone regie subjectorum quod ob longas dilationes et meras cognitiones veri Regis et domini usque nunc fuit satis periclitatum et paratum ad suscipiendum scandala infinita nisi ab his fuisset divina clementia preservatum: Consideratis itaque et attentis aliis et pluribus bonum statum regnorum et Principatus jam dictorum tangentibus si compendiosa celeritate fieri

possint examinacio, discussio, investigatio, nostio et publicatio veri Regis: Exquisito super jamdictis et habito consilio a pluribus in jure canonico et civili doctoribus residentibus in eodem: sequens dictum consilium, ordinat personas nominatas per ipsum et alia Parlamenta et invicem concordatas ad faciendum examinationem nostionem et publicationem jamdictas debere e vestigio publicari non obstantibus requisitionibus et protestationibus antedictis.

Et lecta ipsi papiri cedula, illico Condiciones ecclesiastica et civitatum villarum et locorum regalium laudarunt et approbarunt eandem, requirentes eam in presenti processu Parlamenti inseri et continuari ac eiś et cuilibet singulari earundem fieri et tradi si opus fuerit publicum instrumentum ad memoriam rey geste.

Successive etiam nobilis Petrus de Fonolleto Vicecomes Insule et Caneti, et quidam alii de Condicione militari attento ut dixerunt quod dicte due Condiciones ecclesiastica et civitatum ac villarum regalium erant super predictis concordes illam laudando et acceptando erant ipsarum Condicionum intencionis et ipsam laudabant et approbarunt, requirentes etiam ipsam in isto processu inseri et ipsis ac cuilibet ipsorum fieri et tradi unum et plura publicum et publica instrumenta.

Continuo honorabilis Dalmatius Çacirera miles dixit verbo per se et sibi adherere volentibus; quod eidem cedule minime consentiebat, imo expresse discentiebat in quantum tamen faciet contra mentem et seriem cedularum per ipsum nominibus suo et quorundam aliorum traditarum et oblatarum in Parlamento et coram viginti quatuor personis.

Et dictus honorabilis Berengarius de Ulmis nominibus antedictis verbo dixit: quod sibi placebat dictam cedulam et eam ac contenta in ea laudabat et approbabat ac confirmabat nominibus precontentis, eidemque et nominacioni novem personarum sine tamen perjudicio et derogatione quadam cedularum per ipsum oblatarum in Parlamento et non alias: petens de his sibi nominibus predictis in dicto suo principali fieri et tradi si opus fuerit et habere voluerit publicum seu publica instrumenta offerens se ea que nunc verbo dicebat dare in scriptis.

Et honorabilis Dalmatius de Castro Episcopali domicellus dixit verbo, quod ipse erat intentionis et laudabat et consentiebat eisdem et alia faciebat et dicebat prout dictus honorabilis Berengarius de Ulmis offerens se ea que dicta erant verbo dicturum in scriptis.

Testes vero fuerunt presentes presentacioni proxime inserte cedule et aliorum inde sequtorum discreti Raymundus Baiuli et Berengarius Spigoler notarii.

Consequenter autem Parlamentum seu ipsum representantes volentes

ut dixit reverendissimus dominus Archiepiscopus Tarachone nomine et de ordinatione totius Parlamenti, providere salvitati indempnitati et derogationi ipsius Parlamenti et Condicionum ac singularium eiusdem si que forent vel generarent nunc vel in futurum per nominationem illarum novem personarum que debent facere noscionem et publicationem Regis et domini nostri justitiam hostendendam, quod ipse novem persone non fuerunt nec sunt nominate nec electe nec habentur de seu pro Parlamento nec de seu pro Condicione nec tamen pro bono concordie et pacis et nocionis fiende per justitiam ut decet pactum solemne Parlamento, salvavit sibi dictum Parlamentum et Conditionibus ac singularibus ipsius, et protestantes sint quod per ipsam nominationem statim fiendam dictarum novem personarum non fiat nec fieri nec causari aut generari possit nec presumatur tacite vel expresse aut alias perjudicium nominacio seu derogacio Parlamento ipsi vel Condicionibus ac singularibus eiusdem nec possit tradi ad consequentiam in futurum.

Quoniam ipsum Parlamentum inter se videlicet alia Condicio alie et singulares alius alii admittebant salvitatem et protestacionem presentem quam ut dixit idem dominus Archiepiscopus volebat idem Parlamentum quod ad omnimodam salvitatem ipsius Parlamenti et Conditionum ac singularium personarum eiusdem fieret et ordinaretur seu dictaretur in scriptis tam late et largo modo quam fuerit opportunum et dicto Parlamento seu ipsum representantibus videbitur fore faciendum: presentibus testibus dictis discretis Raymundo Bajuli et Berengario Spigoler notariis.

Dixitque insuper idem dominus Archiepiscopus, quod cum facta nominatione predictarum novem personarum restaret quod viginti quatuor persone per actum Parlamenti superius electe essent et convenirent in simul horis opportunis quod exequtando ea que necessaria erant circa expedicionem et direccionem aliquorum negociorum fiendorum per provisionem et imissionem dare novem personarum inmitendarum in loco de Casp, quod juxta potestatem per actum Parlamenti eis attributa in predictis providerent quanta possent celeritate ut negocii qualitas hoc exposcat. Quequidem verba dictum Parlamentum gratanter acceptavit et sibi placuit quod ita fieret, nemine in hiis discrepante.

Et factis ac dictis omnibus antedictis de mandato et ordinatione ipsius Parlamenti Raymundus Bajuli notarius unus ex secretariis dicti Parlamenti publicavit et nominavit dictas novem personas sive nomina ipsarum prout sequitur videlicet.

Los reverents pares en Christ lo senyor en Pere de Çagarriga licenciat en decrets Archabisbe de Tarragona, mossenyer Domingo Ram doctor en decrets Bisbe Doscha, micer Guillem de Vallseca en leys, micer Bernat de Gualbes en quescun dret doctors, en Berenguer de Bardaxi famos jurista, mossen Bonifaci Ferrer don del orde de Cartoxa en decrets e mossen Giner Rabaça en leys doctors, mossen Francesch Daranda donat del Monestir de Portaceli del dit orde de Cartoxa e ffrare Vicens Ferrer del orde dels prehicadors maestre en Theologia.

Et facta ac publicata nominacione ipsarum novem personarum, impromptu honorabilis Dalmatius Çacirera, Berengarius de Ulmis milites et Dalmatius de Castro Episcopali domicellus, prenarrati nominibus superius expressatis dixerunt verbo se dictis nominibus non consentire nisi prout suprainsertis proxime cedulis consentierunt protestantes ut supra presentibus testibus superius proxime nominatis.

Post ista venit et fuit in dicto Parlamento venerabilis Bernardus de Montelauro domicellus, qui ut dixit missus fuerat per ambassiatores Principatus Cathalonie existentes in villa Alcanicii ad illustrissimam dominam Yolandam, domini regis Jherussalem et Neapolis consortem, ac illustrem Ludovicum dictorum Regis et Regine filium in Castro Tarasconii degentes cum quibusdam litteris eis directis ex parte Parlamentorum regni Aragonie et Principatus Cathalonie et retulit atque dixit se presentasse litteras dictis domine Regine et eius filio et quod postea sibi dederunt duas papiri litteras clausas et sigillatas directas dictis Parlamentis eisque portandas: que sunt tenoris et continencie subsequentis.

Sacro Cetui venerabilium Parlamentorum Aragonie et Principatus Cathalonie.

Yolans regina Jherussalem et Sicilie.

Ducissa Andegame Comitissa Provincia.

Sacre cetus et conscripti patres. Vestras die xxv mensis ffebruarii recepimus litteras quibus nobis notificatis intimatis seu denuntiatis quales certe notabilis persone ac venerabilibus Parlamentis Aragoni et Principatus Cathalonie plenam potestatem habentes in villa de Casp prope flumen Hiberi in Aragonia constructa pro investigando instruendo se et informando noscendo et publicando ac Parlamenta ipsa ei subditi ac vassalli dicte Corone fidelitatis debitum prestare et quem in eorum verum Regem et dominum per justitiam secundum Deum et eorum conscientias habere debeant et teneantur huic ad vicesimum nonam diem instantis mensis Martii convenient et erunt personaliter congregate

processure ab inde ad investigationem instruccionem informationem et publicationem prefatas. Quarum tenore precepto, premissa serenissimo reverendissimo domino genitori et administratori meo nunc Parisius degenti, disposuimus celeriter nunciare ut ex inde ipse dominus meus premissorum habita noticia circa ea providere valeat ut decebit: vos eapropter tenore presentium exortantes ut sicut in vera fidelitate veritatis et justitie constancie et nomine claruistis sicut etiam in actu huiusmodi tam arduo lucidius clarere velitis et ex ipsa vobis innata fidelitate qua Corone regni ipsius usque nunc in statu pro ipso tempthavit in futurum speramus verisimiliter sic fieri in Christo valeatis votive.

Que quidem littere de ordinatione dicti Parlamenti ex quo dirigebantur dictis Parlamentis Aragonie ut Principatus Cathalonie fuerint in dicto Parlamento, presente honorabili Johanne de Sobirats sacrista ecclesie Cessarauguste nuncio seu ambassiatore Parlamenti Aragonie ad Parlamentum Cathalonie misso quem pro subscriptis vocarunt et inibi venire fecerunt, apperte et lecte in eodem Parlamento.

Post quarum litterarum lectionem Parlamentum providit et ordinavit, quod statim scriberetur Parlamento Aragonie certificando ipsum de receptione earundem litterarum et quod ipse littere licet apperte et lecte in sui forma cum eiusdem Parlamenti Cathalonie littera mitterentur jamdicto Parlamento Aragonie.

Ulterius vero fuit mandata fieri et expediri cautela pro dicto Bernardo de Muntlauro de tempore quo extitit in eodem viagio ad rationem quatuor florenorum pro qualibet die et pro Johanne Viexell notario de tempore quo in eodem viagio cum dicto venerabili Bernardo de Muntlauro ambulavit pro conficiendo instrumento de presentatione ipsarum litterarum ad rationem unius floreni cum dimidio pro die qualibet ut in forma.

Fueruntque mandata fieri et expediri ut in forma cautele sequentes.

Primo quodam pro honorabili Guillermo de Vallesica pro duobus mensibus quo currere inceperant die.

Item alia pro Raymundo Baiuli notario qui de ordinatione dicti Parlamenti accessit ad Parlamentum Aragonie pro notificando ipsi Parlamento certam prorogationem per Parlamentum Cathalonie factam in quo viagio stetit per quinque dies ad rationem unius floreni cum dimidio pro qualibet die.

Item alia pro custodibus portalium civitatis Dertuse pro uno mense.

Item alia pro Abbate Stagnensi qui tanquam ambaxiator huius Par-

lamenti accesserat ad egregium Comitem Urgelli rationibus in instruccionibus sibi traditis contentis de tempore quo in dicta ambassiata stetit ad rationem quatuor florenorum pro qualibet die.

Item alia pro Guillermo Raymundo de Montoliu domicello qui fuit per dictos ambassiatores Cathalonie Principatus missus ad egregium dominum Jacobum de Aragonia Comitem Urgelli cum quadam littera ex parte Parlamentum Aragonie et Cathalonie directa eidem domino Comiti in quo viagio stetit per XIIII dies ad rationem quatuor florenorum pro qualibet die, et pro Michaele Ribes notario que ibit in dicto viagio cum dicto Guillermo Raymundo pro totidem dies ad rationem unius floreni cum dimidio pro qualibet die.

Actualiter autem Parlamentum statuit et ordinavit: quod ille sex persone per dictum Parlamentum Cathalonie deputatis Cathalonie adjuncte habeant illam et eandem potestatem que fuerat eis attributa in principio cum fuerunt adjuncte quovis lapsu temporis in aliquo non obstante. Et quod deinde tempus duorum mensium in capitulis ipsius adjunctionis contentum absentibus non labatur curtam dum tamen fuerint et facerint in Parlamento seu alibi per se seu in dicti Parlamenti servitio seu alias per ipsum Parlamentum fuerit aliter ordinatum, mandantes de hiis scribi deputatis et sex personis predictis.

Peractis itaque omnibus supradictis, nobilis Gubernator et honorabilis Franciscus Burgues eius adjunctus per se et Parlamentum per se cum protestationibus salvitatibus et retencionibus assuetis prorogarunt eundem Parlamentum et continuarunt in eodem loco ad diem veneris proxime de mane.

Insuper autem ipsa eadem die mercurii circa horam vesperorum in presencia discreti Anthonii Rigau notarii et Bernardi de les Angles scutiferi, honorabilis Berengarius de Ulmis miles existens et personaliter constitutus intra cameram suam hospicii in quo hospitatur, quod est in loco vocato juxta et satis prope ecclesiam Monasterii fratrum Sancti Spiritus, nominibus supra mentionatis, tradidit Simeoni de Podio grosso notario alii ex secretariis Parlamenti quandam papiri cedulam scriptam consentimentum certo modo et forma factum jam verbo et nunc in ipsa cedula in scriptis, quam in processu Parlamenti inseri peciit et requisivit per dictum notarium et ad partem sibi fieri publicum instrumentum cuiusquidem cedule tenor talis est.

Sobre les dues cedules lestes e publicades en lo present Parlament, ço es, la una de resposta feta a tres requestes e protestacions e sospites

allegades e fetes per lo reverent pare en Christ mossenyer lo Bisbe de Sant Flor e sos companyons e coambaxadors, e laltra de certa previsio feta per lo dit Parlament entre si diu mossen Berenguer Dolms com a procurador del molt noble mossen Bernat de Cabrera e per si, que stant e perseverant en les cedules per ells donades en los noms que dessus e sens alguns perjudicis de aquelles en les dites respostes fetes en lo nom e per part del dit Parlament en la dita ordinacio consent a aquelles tant com sien fundades e conformes a dret e justicia e no en altra manera. En les altres coses toquants la publicacio de la nominacio de les nou persones feta per les XXIIII persones o major part de aquelles o altres actes fets e fahedors per aquells en qualsevol manera no consent per no haver carrech de son principal e en altra manera de ço que no es entrevingut ans expressament dissent a aquelles en noms que dessus. E la present requer sia continuada en dita resposta e a part lin sia feta carta publica.

Postmodum ipsa eadem die mercurii convocatis in dicta domo capituli dictis viginti quatuor personis, puta: domino Archiepiscopo Tarachone, Episcopo Gerunde, Montisserrati et Sancti Cucuphatis Abbatibus, Archidiacono Tarachone et Magistro Philipo de Medalia superius nominatis nec non multum nobilibus Petro Vicecomite Insule et Caneti, Anthonio de Cardona, Petro de Cervilione, Francisco de Vilanova, Raymundo de Bagiis, Galcerando de Rosanis, Mathia de Podio, Dalmatio Çacirera et honorabili Johanne de Plano, Raymundo Fivallerii Barchinone, Francisco Sentseloni et Guillermo Domenge Gerunde, Petro Grimau, Johanne de Ribesaltes ville Perpiniani et Gondissalbo Garidelli civitate Dertuse sindicis et actoribus prenominatis, ordinarunt: primo; quod de his que super nominatione et eleccione novem personarum facta fuerant et de nominibus ipsarum et in quo perventa erant negotia Parlamenti et qualiter successerant, scriberetur per partem sub kalendario quarta decime diey presentis mensis in quo fuerat facta nominatio antedicta sub quo kalendario est inserta una litterarum que super his numero viginti quinque consimiles enarrarunt per partem Cathalonie Principatus.

Item taxarunt stipendia illorum quinquaginta hominum armorum qui debent accedere ad villam de Casp et totidem ballistariorum peditum in hunc modum videlicet, homini armorum *armat de totes peces ab page e dos rossins* unum florenum pro qualibet die.

Et si non habuerit nisi unum equm, septem solidos Barchinonenses.

Item quod rossini hominum armorum extimentur in forma solita.

Item quod stipendia dictorum hominum armorum et ballistariorum solvantur pro duobus mensibus pro quibus mandarunt cautelas.

Item quod fierent littere credencie domino Francisco de Pauo militi comisse, cuius vigore explicet domino nostro Pape eleccionem novem personarum factam et supplicet sibi ex parte Parlamenti quod mandet clericis electis in virtute sancte obedientie quod vadant ad locum de Casp et sint in eo hinc ad vicesimam nonam diem presentis mensis.

Item quod scriberetur Parlamento Aragonie quod Parlamentum Cathalonie scribit nostro domino [Pape] et etiam scribit personis electis quod veniant ad locum de Casp et officialibus Regiis quod personas laycas venire compellant et quod dictum Parlamentum Aragonie faciat illud idem.

Item mandarunt fieri cautelam de centum florenis generose dandis domino Guillermo de Vallesica pro uno lecto in ternis.

Item quod scribetur deputatis et sex personis quod mittant ad locum de Casp, Petrum Verdeguer cum mille florenis pro quibus mandarunt cautelam distribuendis per dictum Petrum ad mandatum ordinationem et cautelam trium personarum Cathalonie illarum novem qui erant in villa de Casp pro faciendo noscionem et publicacionem Regis.

Item quod scriberetur dicto Petro Verdaguer, quod accipiat onus de premissis et etiam habeat onus accipiendi les *mostres de la gent dardines e de ballestes e les serimes e metre la gent en sou en la manera acostumada*.

In predictis dixit honorabilis Dalmatius Çacirera pro se et sibi adherentibus consentire secundum modum et formam contentos et expressatos in cedulis per ipsum ultimo in Parlamento eoram xxiiii^or^ personis oblatis et non alio modo et sine perjudicio contentorum in cedulis supradictis.

Item fuit mandatum scribi Juratis Valencie quod faciant venire honorabilem Januarium Rabaça qui erat unus ex electis et facerent etiam instrumenta etiam quod honorabilis Bonifacius Ferrarii donatus Cartusie et Magister Vincentius Ferrarii qui erant alii electi venirent ad dictam villam de Casp.

Item quod scriberetur domino Episcopo Valencie super eodem.

Preterea die Jovis xvii dictorum mensis et anni congregatis dictis xxiiii^or^ personis in domo capituli ecclesie Dertusensis videlicet, reverendissimis domino Petro Archiepiscopo Tarachone, Galcerando Urgelli Raymundo Gerunde Episcopis, Jacobo Abbate Sancti Cucuphatis, Narciso Astrucii Archidiacono Tarachone, Magistro Philipo de Medalia et

nobilibus Petro de Cervilione, Francisco de Vilanova et honorabili Dalmatio Çacirera, Mathia de Podio, Galcerando de Rosanis, necnon Raymundo de Bagis militibus, Raymundo Fivaller Barchinone, Petro Grimau, Johanne de Ribesaltes Perpiniani et Francisco de Sancto Celedonio Gerunde sindicis et actoribus et presente cum eis honorabili Francisco Burgues adjuncto nobilis Gubernatoris, et habito colloquio et consilio inter ipsos supra nonnullis que honorabilis Azbertus Çatrilla domicellus qui fuerat per capitaneo ville de Casp pro parte Cathalonie Principatus nominatus et electus postulabat, fuit conclusum; quare dictus Azbertus habeat pro se et familia sua solidum sive stipendia prout alii homines armorum et quod ultra dictum solidum habeat de gracia quolibet mense habito respectu ad labores quos ipsum ratione dicti officii capitanei opportebat sustinere centum florenos et quod fiat sibi solutio et acorrimentum pro duobus mensibus de ducentis florenis pro quibus mandarunt incontinenti cautelam.

Item quod dictus Archiepiscopus Tarachone det racapitum et habeat onus mittendi unum presbiterum seu quemvis alium ad Magistrum Vincentium Ferrarii pro instando illum quod cito veniat ad villam de Casp et quod dictus dominus Archiepiscopus possit mandare cautelam et fieri facere litteras opportunas.

Ex post autem die veneris predicta ad ipsum continuandum Parlamentum proxime assignata que fuit XVIII dies mensis marcii anno jamdicto MCCCCXII de mane in domo capituli antedicta fuerunt hii qui proxime subsequntur.

Prelati et persone ecclesiastice.

Petrus Archiepiscopus Tarachonensis.
Raymundus Episcopus Gerundensis.

Frater Marcus Montisserrati. . . . .
Frater Jacobus Sancti Cucuphatis. } Abbates.
Vincentius Agerensis. . . . . .

Narcisus Astrucii. . . . . .
Petrus de Boscho. . . . . .
Raymundus Ferrarii. . . . . } Procuratores prelibati.
Berengarius de Montrava. . . . . .

Nobiles et honorabiles viri.

Johannes Comes Cardone.
Petrus de Fonolleto Vicecomes de Insula et de Caneto.
Bernardus de So Vicecomes de Evolo.

Petrus de Montecatheno . . . . . .
Franciscus de Vilanova. . . . . .
Georgius de Caramany . . . . . .
Berengarius de Ulmis miles procurator predictus. . . . . .
Raymundus de Bagis . . . . . .
Dalmatius Çacirera. . . . . .
Petrus de Gallinariis. . . . . .
Galcerandus de Rosanis. . . . . .
Petrus Dortafa. . . . . .
Rambaldus de Corbaria. . . . . .
Mathias de Podio. . . . . .
Petrus Galcerandus de Cartella. . .
Raymundus Çacirera . . . . . .
} Milites.

Dalmatius de Castro Episcopali. . .
Berengarius de Callar. . . . . .
Franciscus de Ribes. . . . . .
Raymundus de Calders. . . . . .
Gueraldus Alamanii de Toralla. . .
Guillermus de Medalia. . . . . .
Johannes de Castro Episcopali . . .
Berengarius de Ulmis. . . . . .
Galcerandus Çamata. . . . . .
Franciscus de Ulmis. . . . . .
Michael de Besora. . . . . .
Franciscus Sent Marti. . . . . .
} Domicelli.

Sindici honorabiles.

Johannes de Plano. . . . . .
Bernardus de Gualbis. . . . . .
} Barchinone.

Bonanatus Petri	Barchinone.
Raymundus Fivallerii.	
Franciscus Sentceloni.	Gerunde.
Guillermus Domenge.	
Petrus Grimau.	Perpiniani.
Johannes de Ribesaltes.	
Gondissalbus Garidelli..	Dertuse.
Petrus Prats.	Villefranche Penitens.

Quibus omnibus congregatis et locis sedentibus solitis, dictus nobilis Bernardus de So Vicecomes de Evolo qui die presenti de novo venit et fuit in dicto Parlamento juravit ad sancta Dei quatuor Evangelia per ipsum corporaliter tacta de tenendo secretum et non revelando ac bene consulendo prout alii dicti Parlamenti jam jurarunt.

Et ex post fuit in eodem Parlamento lecta quedam littera per honorabilem Franciscum Sirvent assessorem Comitis Impuriarum directa et missa Parlamento continens quod pro laboribus et expensis per ipsum factis et sustentis circa recuperationem factam de Castro palacii Çaverdera per procuratorem dicti Comitatus et credenciam super dictis laboribus et expensis explicandam comissam honorabili Bernardo Sirvent eius fratri, quare supplicabat Parlamento quod circa labores et expensas ad predicta debitum haberet respectum.

Nec non et quedam alia littera per Petrum de Sentcliment procuratorem in Comitatu Impuriarum missa Parlamento jamdicto habente in conclusione, quod suplicabat dictum Parlamentum quod placeret sibi facere gratiam et satisfactionem dicto honorabili Francisco Sirvent eius assessori talem qualem ipsi placeret ratione laborum et expensorum jamdictorum.

Et ipsis litteris lectis et publicatis, dictus venerabilis Bernardus Sirvent inibi residentiam verbotenus explicavit quarum hic scribi aliter omissum est.

Insuper fuit mandatum per dictum Parlamentum fieri et expediri litteram ex parte Parlamenti honorabili Raymundo Çagarriga militi Gubernatori Comitatuum Rossilionis et Ceritanie, quod de presenti altercationem seu questionem quam habet cum honorabili Johanne de Vilamarino milite, pro Castro Palacii Çaverdera mittat et ponat seu comittat in posse honorabilium consiliariorum civitatis Barchinone vel huius Parlamenti cum dictus honorabilis Johannes de Vilamarino illud idem obtulerit se facturum.

Item mandavit fieri et expediri duas litteras; alteram ad consiliarios

Barchinone predictos et alteram ad diputatos et sex personas eis adjunctas super dicta manera quod laborent taliter cum dicto honorabili Raymundo Çagarriga et ipsum inducant ad predicta faciendum eis magis decentibus viribus quibus ipsis videbitur.

Mandavit etiam fieri et expediri duas litteras: altera, ad diputatos et sex personas et altera ad consiliarios Barchinone prenominatos et cum satore zizanie procurante questio et discordia sive bandositas oriatur et suscitetur inter honorabilem Raymundum de Turrillis ex una parte et Petrum de Sancto Minato ex altera milites que aliquod sinistrum Principatus Cathalonie, quod Deus avertat faceret evenire, laborarent taliter quod questionis et discordie mater amputaretur et dictum factum poneretur in illo meliori termino et statu quo fieri possit.

Deinde dictus reverendus Episcopus fecit in dicto Parlamento relacionem de subvencione et sucursu per dictum Parlamentum fieri ordinatis domine regine Margarite in suis extremis necessitatibus et per ipsum dominum Episcopum et alios eius socios in dicto actu jam juxta eorum conscientias in certo numero peccunie positis, quam ipse quantitatem inibi explicavit et dixit potuisse dictam dominam Reginam subveniri de illa quantitate.

Qua quidem relatione facta quelibet Condicio dicti Parlamenti remansit in deliberacione et acordio.

Preterea fuit in eodem Parlamento lecta quedam littera per deputatos Cathalonie et sex personas eis adjunctas continentes: quod honorabilis Bernardus de Vilagayano civis Barchinone conquestus fuit coram eis de honorabili Geraldo Dardevol milite qui ut asseruit fecit novitatem sive injuriam sive ultragium in quodam Castro quod est filii honorabilis Bernardi de Vilagayano, petens quod super his sibi provideremus, ipsi remittebant dictum factum Parlamento predicto sicut decebat quare ipsum Parlamentum provideret prout est necessarium temporis qualitate pensata.

Item fuit lecta in eodem Parlamento quedam littera dictorum deputatorum Cathalonie et sex personarum eis adjunctarum habens in effectu: quod Parlamentum faciat revocare domino Gubernatori Cathalonie quandam provisionem per ipsum superius factam super facto juris intratarum et exitarum Generalis Cathalonie valde perjudicialem juribus dicti Generalis, cuius copiam intus dictam eorum litteram transmiserunt, necnon et copiam cuiusdam littere confirmationis facte per dominum Regem capitulorum litterarum et provisionem, cum qua videtur quod dominus Rex nec eius officiales non possent se de dictis generalitatibus se intromittere ullo modo.

Fuit insuper lecta in eodem Parlamento quedam littera huiusmodi seriey.

Als molt reverends, egregis, nobles e honorables senyors los del Parlament general del Principat de Cathalunya ajustat en la ciutat de Tortosa.

Molt reverents, egregis, nobles, honorables e savis senyors. De vostres grans reverencies, nobleses e honorables savieses havem reebuda una letra de xv del present mes de febrer, ab la qual, senyors molt reverents, egregis, nobles e honorables, affectualment nos pregats vullam scriure als honorables sindichs e missatgers de aquesta ciutat aqui present, que en veure e disentir los apuntaments que per monssenyer Berenguer Dolms nos mostrats e per los deputats del General de Cathalunya posats en scrit vullen esser e entrevenir com en altra manera los dits nostres sindichs non vullen fer segons que aquestes coses en la dita vostra letra son molt pus largament enarrades. E responemvos, senyors molt reverents, egregis, nobles e honorables, que quant mes pensam en la conservacio del dit General, de la qual aquesta ciutat entre les altres del Principat de Cathalunya tostemps hen volgut pendre principal carrech e cura special e consideram encara don lo dit General en major part la prest e pren son nodriment e ha son stable fundament: tant molt mes entrenyoram que los fets utils e profitosos al dit General toquants conservacio, defensio e augmentacio daquell per aquesta ciutat moguts prosseguits e deduhits en acte molt honorable e de gran renom al dit Principat no sien per vosaltres senyors escoltats admesos e favorejats axi be com alguns altres per quis vulle imaginats: ans lo quens es pus cru sien stats e son de dia en dia sots color de prejudici e en altra manera repellits de tracte e de conclusio e de remetrets en termens de justicia: e aquesta raho sola, senyors molt reverents egregis nobles nos ha induhits a manar als dits nostres sindichs o missatgers sera dat loch que per ells los dits apuntaments sien vists e regoneguts ne nosaltres los veurem ne regonexerem a tant que aquesta ciutat sia per vosaltres senyors tractada segons deu: e ladochs senyors jatsia aquesta ciutat de qualsevol augmentacio fehedora al dit General es per aportar major carrech que altra nosaltres darem tot loch que rahonablament puxam dar als dits apuntaments en altre coses qui sien utils e expedients al dit General. E placius senyors nos perdonets com a present no defferim als prechs qui per vos ab la dita vostra letra nos son stats fets segons dit es. E tingueus, molt reverents, egregis, nobles e honorables senyors en sa guarda la Sancta Trinitat. Scripta en Barchinona a xxvi

